Archidiakon Hermann zu Ohſen (Amts Grohnde-Ohſen) thut kund, daß vor ihm im Gerichte der Propſt zu Barſinghauſen ſich mit dem Pfarrer Lutbert zu Silixen (im Fürſtenthum Lippe) wegen zweier Hufen Landes in „Eydenhuſen“ [1]) verglichen hat [2]). 6. Mai 1299.

Hermannus archidiaconus in Oſen, Conſtitutis coram nobis in iudicio .. prepoſito in bertcingehuſen nomine clauſtri ibidem, ex vna parte, et Lutberto plebano in Silekeſſen ex altera propoſuit idem prepoſitus contra plebanum, quod compoſicionem quandam inter eos ordinatam ſuper duobus manſis in Eydenhuſen ſitis, non ſeruaſſet, et habitis ſuper eo diuerſis tractatibus, conuenerunt partes tandem in hunc modum quod quicquid compoſitores, ſeu illi qui compoſitionem predictam ordinauerant, de compoſitione facta aſſererent, ratam haberent, pronunciata itaque coram nobis forma compoſicionis, pars vtraque conſenſum adhibuit, et iuſte recognouit eſſe prolatam, fuit autem forma talis, quod clauſtrum in bertcingehuſen ſupradictos duos manſos, quos idem plebanus in vſufructu habuit, ipſo plebano vbi ſiti ſint demonſtrante, in poſſeſſionem ſuam recipiet, et dabit eidem plebano ſingulis annis quam diu vixerit de granario ſuo in bertcingehuſen, ſedecim modios magnos ſiliginis, ſedecim modios ordei, et ſedecim modios magnos auene Ipſe vero plebanus, quarta feria in Ebdomade penthecoſtes nunc ventura accedet ad caſtrum halremunt, Ciuitatem honouere, et ad Oppidum pattenhuſen, et proteſtabitur ibi publice coram probis viris, quod nullus preter clauſtrum in bertcingehuſen, in predictis manſis habeat quicquam iuris [3]). Acta ſunt hec de conſenſu parcium preſentibus, domino. noſtro Decano Mindenſi, Gyſone archidiacono in alethen .. prepoſito Hamelenſi, Johanne dicto duuel milite, Reymberto fratre ipſius, Rabodone luſco, et aliis quam pluribus, in die Johannis ante portam latinam anno. domini, M°, C°C°, X°C°, IX°.

Siegel zerbröckelt.

[1]) Vergl. Note 1. zur Urk. 2. de 1193.

[2]) Vergl. die Urk. 64. de 1291 und vom 4. Juli 1300.

[3]) Vergl. hierüber die Urk. vom 4. Juli 1300.

Urk. 74.

Ritter Diederich von Alten verkauft dem Convente zu Barſinghauſen ſeinen Hof zu „Ebbingehuſen“ [1]) und ſchenkt dem Kloſter den darauf wohnenden Engelhard. 7. Juni 1299.

Nouerint vniuerſi ad quos preſens ſcriptum peruenerit, Quod ego Thidericus de Althen miles, nuper eccleſie ſancte Marie in Bertcingehuſen venderem curiam meam ſitam

[1]) Vergl. Note 1. zur Urk. 71. de 1299.

Digitized by Google

in Ebbingehuſen, donaui eciam. et dimiſi eidem eccleſie Engelhardum qui manebat in dicta curia, ad[2]) omne ius, quod in ipſo videbar habere In cuius rej Teſtimonium hanc literam meo Sigillo feci ſignarj Datum anno domini. M. CC. XC IX. In die Penthekoſte.

Siegel ſehr abgeblättert und ganz unkenntlich.

---

[2]) Wahrſcheinlich ac.

Urk. 75.

Johann von Eydenſen thut kund, fünf Hufen Landes zu „Eydenhuſen“ [1]) vom Conventе zu Barſinghauſen für ſich zum Nießbrauch empfangen zu haben. Pattenſen, 28. Juni 1299.

Vniuerſis preſencia viſuris ſeu audituris Ego Johannes dictus de eydenſen tenore preſencium recognoſco, bona quedam Quinque videlicet Manſos, in villa Eydenſen ſitos me a conuentu monaſterij birchinghuſen, ad mee vite tempora ex gratia poſſeſſurum, Dicta uero bona poſt vite mee terminum, abſque omnj iure et inpetitione conſanguineorum et heredum, vel coheredum meorum, ad dictum Monaſterium libere et abſque difficultate qualibet reuerſura, In huius rej noticiam et teſtimonium ſigillum ciuium in pattenhuſen preſentibus duximus apponendum Teſtes huius ſunt Wilbrandus et bertoldus fratres dicti de rethen, Bertrammus de harboldeſſen, Ludolfus de goltorne, Euerardus de alten, Hermannus knigge, Milites, Th. de herberghe. Jo de alten, Corlhake, Luderus de oſteuiſſen, toſſum famulj et plures alii fide digni, Datum in pattenhuſen, anno domini M. CC XC IX. in vigilia apoſtolorum petri et pauli.

Siegel der Stadt Pattenſen.

---

[1]) Eine Feldmark bei Geſtorf (Kirchdorf, Amts Calenberg) führt den Namen Eidenſen.

Urk. 76.

Johann Edler Herr von Adenſen[1]) überläßt mit Zuſtimmung ſeiner Söhne Johann und Friedrich dem Kloſter Barſinghauſen ſeinen Eigenbehörigen Hermann Gronewolt. 1300.

Johannes nobilis dictus de adenoys. omnibus preſens ſcriptum viſuris ſalutem in omnium ſalutari. Quia labilis eſt memoria hominum oportet ea que geruntur a fidelibus chriſti ſcripturarum teſtimonio perhennari. Proinde ſcire volumus tam poſteros quam preſentes quod nos intuitu dei. veterisque amicicie inter nos et eccleſiam beate virginis in bertcinghuſen celebrate. contulimus eidem cum conſenſu filiorum Johannis videlicet et

---

[1]) S. Note zur Urk. vom 6. October 1300.

Digitized by Google

fritherici et omnium heredum noſtrorum. Hermannum cognomento gronewolt. hereditario iure ad nos pertinentem. et hoc preſentl ſcripto proteſtamur ſigilli noſtri munimine roborato. Acta ſunt hec anno domini M. CCC.

Siegel abgefallen.

Urk. 77.

Propſt Johann, Äbtiſſinn Eliſabeth und der Convent zu Rinteln überlaſſen dem Kloſter Barfinghauſen fünf Eigenbehörige. 1. März 1300.

Nos Johannes prepoſitus, Elyzabeth abbatiſſa, Totusque conuentus eccleſie Rintelenſis, vniuerſis chriſti fidelibus preſens ſcriptum viſuris ſeu audituris ſalutem cum plenitudine omnis bonj in omnium ſaluatore, Cum humana memoria ſit labilis et caduca, que facta ſunt per homines, ut firmitatem habeant, debent eſſe per ſigillatas litteras eternata. Innoteſcat. igitur tam preſentibus quam futuris, quod nos pleno conſenſu et voluntate totius conuentus noſtri et maturo conſilio noſtrorum fratrum, ſcilicet, Wulfhardj, Henrici, thethardj, et aliorum, coutulimus conuentuj in berſcinghehuſen, quinque homines qui iure proprietatis nobis pertinebant, ſcilicet aleydim dictam de cherdene, henricum, hermannum, Lutgardim et Gertrudim pueros predicte domine et omnes ſucceſſores omnium premiſſorum perpetuis temporibus poſſidendos, Hoc eciam interpoſito, ſi aliquis auſu temerario conuentum predictum, pro premiſſis hominibus incuſare uel impetere voluerit quod abſit, nos eundem conuentum ſolutum et indempnem faciemus. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum Sigilli noſtri munimine duximus confirmandum, Datum anno domini. M, CCC, feria tertia poſt Invocauit.

Siegel abgefallen.

Urk. 78.

Biſchof Ludolf zu Minden beſtätigt die dem Prieſter Konrad von Iborg als Geiſtlichen an der von den Gebrüdern von Goltern gebaueten Capelle zu „Helmercinghuſen“ für ſeine Lebenszeit von ihnen gemachte Schenkung von ſechs Hufen Landes zu „Helmercingehuſen“ [1]). Minden, 8. Juni 1300.

Ludolfus Dei gracia Mindenſis Eccleſie Episcopus. Vniuerſis hoc ſcriptum viſuris, ſalutem in omnjum ſaluatore. Cum pium ſit Patrocinarj. hijs qui ſtudent honorem dei ſuis elemoſinis dilatare. Precibus obnixis expoſuerunt nobis Strenuuj milites. Johannes. arturus. ludolfus. et theodericus. famulus. fratres dicti de Golteren, quod vnanimj conſenſu, et voluntate heredum ſuorum donauerunt ſex Manſos qui coli poſſunt, ſitos in Helmercinghuſen. domino Conrado preſbitero dicto de yborg. temporibus vite ſue quiete poſſidendos in hunc modum. quod capellam expenſis eorum ibidem edificatam decenter officiabit, loco perpetuj Capellanj in bercinghuſen. Quorum manſorum decima ſibi cedet ex arbitrio prepoſiti. pri-

[1]) Vergl. Note 13. zur Urk. vom 1. Februar 1216.

Digitized by Google

oriſſe. tociuſque conuentus. eo quod contingit eos de iure decima totaliter dicte ville. Quo domino Conrado defuncto uſurpabunt ſibi de edificijs ſuis cum duobus Manſis melioribus, Vnde memoriam ſuam agent ſingulis ſolempniter annis. et prepoſitus per ſe, vel ſuum capellanum officiabit capellam a ſua eccleſia non diuiſam. Quatuor manſi reſiduj redibunt ad predictos milites et heredes ipſorum. ſoli prepoſito ſupradictus dominus Conradus ſeruabit obedienciam, et hoc ex noſtro ſpeciali indulto. Nos ſuper hijs ut in ſcriptis liquent deliberacione habita et lucidius inſtructi ob veneracionem domini noſtri ihеſu chriſti. beatiſſime virginis marie matris ſue. beatorum johannis baptiſte, et johannis ewangeliſte ad quorum honorem ſpecialiter ſeruidj ſupradicti Milites memoratam capellam edificarunt. premiſſa noſtra auctoritate confirmamus et in perpetue ſtabilitatis munimen appenſione noſtri ſigilli preſentem litteram roboramus. Datum Minde, Anno domini M. CCC. feria IIIIta poſt Octauas Pentecoſtes.

Siegel zerbrochen.

Urk. 79.

Die Gebrüder von Goltern ſtiften eine Capelle zu „Helmercinchuſen“ und überlaſſen unter Zuſtimmung des Convents zu Barſinghauſen dem Prieſter Konrad von Iberg für ſeine Lebenszeit ſechs Hufen Landes zu „Helmercinchuſen“ [1]) mit dem Zehnten. Hannover, 16. Juni 1300.

Johannes. Arturus. Ludolphus milites. et Theodericus famulus. fratres dicti de Golteren. Cunctis chriſti fidelibus preſens ſcriptum viſuris ſalutem in domino ſempiternam. Cum res temporales in pios vſus et iuſtas cauſas conuertere apud deum ſit fama laudabilis. et meritum glorioſum. Ea propter nouerint vniuerſi chriſti fideles quod inſpirante ac cooperante nobis ſpiritus ſancti gratia. ob ſalutem animarum noſtrarum. ac omnium progenitorum noſtrorum. ob reuerenciam domini noſtri ihеſu chriſti et glorioſe matris eius. nec non beatorum johannis baptiſte et johannis ewangeliſte quorum obſequlis ſpecialiter ſeruidi exiſtimus capellam intendimus conſtruere in bonis noſtris helmercinchuſen in hunc modum. Donauimus enim cum bona voluntate omnium heredum noſtrorum ad conſumacionem huius operis ſex manſos cum decima ex conſenſu prepoſiti. prioriſſe. totiuſque conuentus in Bercinchuſen. ſitos in eodem loco qui coli poſſunt. et ad vſus ſacerdotis ipſam officiantis Capellam. videlicet domini Conradi dicti de yborg, temporibus vite ſue quiete poſſidendos. qui quidem ſacerdos. venerabili prepoſito in Bercinchuſen qui pro tempore fuerit loco perpetui capellani erit omnino ſubiectus et ſub eius obediencia et auctoritate ſepe dictam reget capellam. Quo ſacerdote defuncto. edificia ſua cum duobus manſis melioribus dicto cedent Monaſterio. quorum proprietatem a dominis noſtris ipſi procurabimus per hec preſencia obligati. quatenus ibidem. ipſius ſacerdotis memoria ſingulis deuocjus ac diligencius peragatur annis. et ipſa Capella ex tunc ſicut ex nunc erit cum dicto Monaſterio vnum corpus. Ita

[1]) S. Note 13. zur Urk. vom 1. Februar 1216.

Digitized by Google

tamen. quod reſidui quatuor manſi ad nos et heredes noſtros iure priſtino reuertantur, decima tamen ſecundum quod ius proprietatis requirit apud ipſum Monaſterium remanente. Adicimus dataque fide promittimus vt quam cito prenominatus ſacerdos ad reſidentiam ſe diſpoſuerit. quatuor curias et quatuor caſas eidem ſine qualibet occaſione adjungemus. qui tamquam ſuo uero paſtori debitam reuerenciam exhibebunt et honorem. Nos uero. prepoſitus. prioriſſa. totuſque conuentus predicti Cenobij in Bercinchuſen huic ordinacioni grato occurrentes aſſenſu ipſam approbamus et ratificamus. volentes cum ſupradictis militibus omnia ſupraſcripta perpetuis ſeruare temporibus inconuulſa. In cuius rei teſtimonium. vna cum predictorum ordinatorum ſigillis preſentibus noſtrum duximus apponendum. Datum honouere anno domini M. CCC. Craſtino beati viti abbatis.

Die vier Siegel ſind abgefallen.

Urk. 80.

Einige Ritter und der Rath zu Pattenſen thun vor dem Archidiakon Giſo in Ahlden [1]) kund, daß vor ihnen der Pfarrer zu Silixen (im Fürſtenthum Lippe), ſtatt ſeinem dem Kloſter Barſinghauſen (am 6. Mai 1299) gegebenen Verſprechen zu genügen, vielmehr bekannt hat, daß ihm gar keine Rechte an den fraglichen zwei Hufen Landes zu „Eydenſen“ zugeſtanden haben, und daß deren freien Beſitz Johann von Eydenſen, ſeines Bruders Sohn, in Anſpruch nehme. 4. Juli 1300.

Honorabili viro domino Gy. archidiacono in aldhen Ber. de halboldeſſen. L. de golturne. Euer. de alten et h. dictus kinckhe (*sic*) milites. ac conſules ciuitatis in pattenhuſen ſeruicij quantum poſſunt. venit ad nos dominus prepoſitus de Bercinghehuſen cum domino preposito de wenegeſſen ac aliis probis viris. proponens nobis quandam formam compoſitionis que inter Clauſtrum de Bercinghehuſen et plebanum de Svlekeſſen fuerat mediantibus diſcretis viris finaliter terminata Cujus forma talis eſſe debuit quod idem plebanus coram nobis deberet dimittere predicto Clauſtro Bercinghuſen duos manſos ſitos in Eydenſen quos in ſua poſſeſſione cum omni vſu ac vtilitate huc vſque pacifice poſſediſſet. Inſuper proteſtarj deberet publice quod ipſo reſignante nullus preter dictum clauſtrum haberet quicquam iuris in eiſdem [2]). quod illa vice minime cognouimus eſſe factum nam predictus plebanus nobis preſentibus plus impedimentj clauſtro extitit quam promotionis recognoſcens ſe in dictis bonis nichil iuris vmquam habuiſſe, ſed importunitate clauſtri compulſus reſignaret id quod poſſet. Quo facto acceſſit ad nos quidam famulus dictus jo. de Eydenſen patruelis ſepedictj plebanj. affirmans aſſertiue quod dicta bona ſua eſſent. et quod ea in ſua poſſeſſione iam longo tempore absque aliqua iuſta impeticione libere poſſediſſet. quod idem plebanus non contradixit ſed ſic eſſe coram omnibus aſtantibus affirmauit. huius rei teſtes ſumus et ad melioris rej

[1]) Dieſer Giſo gehört der Familie von Voß an. Ahlden an der Aller war der Sitz eines Mindener Archidiakonats.

[2]) Vergl. hierüber die Urkunde vom 6. Mai 1299.

Digitized by Google

euidentiam ſigillo noſtre ciuitatis omnes vtimur in preſentj. Datum anno dominj M°CCC° In die beatj Odelricj Confeſſoris. Nos wl. et Ber. milites et fratres. dictj de Redhen cum ſupradictis militibus ac Conſulibus omnia ſupradicta eſſe vera ſub ſigillo noſtro publice proteſtamur.

Beide Siegel abgefallen.

Urk. 81.

Die Gebrüder von Herbergen zu Hannover überlaſſen dem Convente zu Barſinghauſen eine Eigenbehörige. Hannover, 29. September 1300.

Nos Otto ſacerdos et Th. et Johannes et Henricus fratres dicti de Herbergen exiſtentes in honouere, omnibus ad quos preſens littera peruenerit volumus eſſe notum. Quod Alheydim uxorem Th. dicti luſcj exiſtentis in Bercigehuſen cum ſuis heredibus legitimis a iugo proprietatis quam in ea pro nobis et noſtris eciam ueris heredibus optinere potuimus dimiſimus liberam penitus et ſolutam. Quia predicta Alheydis cum pueris ſuis ſucceſſinis a Conuentu Beate Marie in Bercigehuſen habetur verius in perpetuum legitima proprietate poſſidenda et omni iure ſimul conſouenda. Preſentibus fidelibus noſtris, videlicet Domino Johanne et Domino Arthus fratribus dictis de Goltorne. et Domino Con. dicto holthgrauio, Militibus, et aliis quam pluribus fide dignis. In cuius rei teſtimonium hanc paginam inde conſcriptam. Sigillo domini Johannis Militis de Golturne. et Sigillo fratrum noſtrorum fecimus communirj. Datum honouere. Anno Domini M. CCC. In feſto Michahelis.

Ein Siegel abgefallen, das zweite zwar erhalten, aber ganz unkenntlich.

Urk. 82.

Johann Edler Herr von Adenſen [1]) verkauft mit Zuſtimmung ſeiner Söhne Friedrich, Domherr zu Hildesheim, und Johann, wie auch ſeiner Töchter Adelheid, Wittwe des Grafen Wilbrand von Hallermund, Gisla und Margarethe dem Kloſter Barſinghauſen ſeine Curie zu Nettelrede (Kirchdorf, Amts Lauenau). 6. October 1300.

---

[1]) Der Edelherren von Adenops oder Adenſen Ahnherr Theodericus I. kommt in einer Urkunde des Mindener Biſchofs Sigward (1120—1140) vor (Grupen Orig. Han. S. 40.); er ſoll eine Tochter des 1130 erſchlagenen Burchard von Lucca zur Gemahlinn gehabt haben, und ſtiftete 1163 nebſt dem Grafen Wilbrand dem Ältern von Hallermund das Kloſter Loccum (unus fundatorum), woſelbſt er auch begraben iſt. (S. vetus narratio des Stifts Loccum, abgedruckt bei Weidemann, Kloſter Loccum S. 123.) Er könnte der Vater des Theodericus II. (1220—1236) geweſen ſein, den Johann II. von Adenſen »avus noster« nennt 1282. (S. Scheidt v. Adel S. 84.) Von dieſem zweiten Diederich iſt die Stammtafel diplomatiſch bis zum Erlöſchen des Geſchlechts nachzuweiſen. Seine Gemahlinn hieß Hedwig und ſeine drei Söhne waren Everwin (1220—1262) Propſt zu

Digitized by Google

Nos Johannes nobilis de adenoys. vniuerſis ad quos preſens. ſcriptum peruenerit nolumus eſſe notum quod de conſenſu et beneplacito filiorum noſtrorum domini frederici canonici hildenſemmenſis. ac Johannis. nec non filiarum noſtrarum Alheithis relicte wlbrandi comitis de halremunt. Gifle et Margarete [1]). ceterorumque heredum noſtrorum vendidimus monaſterio in Bertcinghuſen Curiam in Netelrethere. cum proprietate et decima eius [2]) et vniuerſo iure attinenti [3]) exceptis hominibus noſtris pro XL Marcif bremenſis argenti. et illam dicto monaſterio [4]) in poſſeſſionem ſuam dimiſſimus quiete et libere perpetuis temporibus poſſidendam In cuius rei teſtimonium banc litteram sigillis. noſtro videlicet et preſati [5]). domini frederici filij noſtri et filiarum noſtrarum [6]) fecimus roborari. Actum et datum anno domini M. CCC. in octaua beati Michahelis preſentibus domino Johanne milite. alberto. frederico. et Heinrico fratribus dictis de Jeynhuſen. Tetmaro de Mendageſſen. Heinrico wilden. Johanne de anecampe. Tetmaro de Dedenſe. Johanne de volkerſen. Johanne de molendino. Heinrico de dedenſen. Hartmanno nigro. et alijs quam pluribus fide dignis

Von vier Siegeln nur die beiden erſten vorhanden, und nur das erſte kenntlich — das des Johann von Adenſen.

Halberſtadt, Diederich III. (1206—1262) Domcantor zu Hildesheim und Johann I. (1220—1253). Des letztern (und einer Gräfinn von Schauenburg?) Sohn war Johann II. (1253—1304) und des letztern Gemahlinn Gertrud, die Erbtochter des letzten Edelherrn Friedrich von Grimmenberg. Mit deren Kindern ſtarb das Geſchlecht der Edelherren von Adenſen um das Jahr 1325 aus. Dieſe Kinder waren der Edelherr Johann III. (1266—1324), der Hildesheimer Canonicus Friedrich (1282—1325), Heinrich (1282), Adelheid (1266—1302), welche dem Grafen Wilbrand von Hallermund vermählt war, Gisla Gemahlinn des Ludwig von Roſtorf, Margarethe Conventualinn zu Gandersheim, und Gertrud, welche erſt dem Engelbert von Ohſen (Everſtein) und dann dem Lippold von Hohenbüchen vermählt war. — Die Herrſchaft Adenſen kam durch die Gräfinn Adelheid von Hallermund, Tochter des Edelherrn Johann II. von Adenſen (nach Verzicht ihres Bruders Johann III.), im Jahre 1322 durch Belehnung des Mindener Biſchofs Gottfried an ihren einzigen Sohn, den Grafen Gerhard den Jüngern von Hallermund (S. Scheidt zu Moſer S. 642). — Der Stammſitz Adenſen lag im Kirchorte Adenſen, Amts Calenberg, am linken Ufer der Haller, unweit Hallerburg. — Das Wappen der Edelherren von Adenſen zeigt einen Spitzbalken (wie die Grafen von Ravensberg deren drei führten).

[1]) In einer andern Original-Urkunde über denſelben Gegenſtand und vom nämlichen Tage fehlt der Satz »nec non — Margarete«.

[2]) Für »decima eius« hat jene Urkunde »omnibus prouentibus«.

[3]) Hier den Zuſatz »in villa et extra uillam et in omnibus locis circumiacentibus«.

[4]) Hier den Zuſatz »cum omnibus heredibus noſtris«.

[5]) Statt »preſati« hat dieſelbe »dicti«.

[6]) Die Worte »et filiarum noſtrarum« fehlen in derſelben.

Digitized by Google

Calenberger Urkundenbuch.

Erste Abtheilung. Archiv des Klosters Barsinghausen.

Heft II. 1301 bis 1400.

Urk. 83.

Die Grafen Gerhard der Aeltere und Gerhard der Jüngere von Hallermund, Johann von Goltern, Diederich von Alten, Ludolf von Escherde und Bertold von Reden bezeugen, daß Johann von Eidensen fünf Hufen Landes nebst zwei Kothstellen zu „**Eydenhusen**“ [1]) dem Kloster Barsinghausen gegen den theilweisen Genuß des Zehnten von „**Riclinghe minor**“ [2]) auf Lebenszeit überlassen hat. Veste „**Lewenrode** [3])“, 26. Februar 1302.

(Vergl. **Scheidt**, v. Adel S. 567.)

Nos Gherardus maior et Gherardus junior Comites de Halremunt necnon Johannes de Goltorne Thidericus de alten Ludolfus de Escherte et Bertoldus de Redhen milites presentibus publice protestamur Quod Johannes de Eydensen resignauit et dimisit Ecclesie in Bercighehusen Quinque mansos sitos in Eydenhusen et duas Casas quos ab eadem Ecclesia habuit cum omni iure attinentj quiete et libere perpetuo possidendos Sed unam casam soror

---

[1]) Auf der Feldmark Eidensen bei Gestorf scheint „Eydenhusen“ gelegen zu haben. Eidenhausen bei Minden liegt den sonstigen Beziehungen des Klosters Barsinghausen zu fern.

[2]) „Riclinghe minor“ lag „bouen dem Ypolte, vor dem Kisstampe“ unweit Ricklingen (im Kirchsp. Linden), nach Bornum hinwärts.

[3]) „Lewenrode“ oder „Lauenrode“ in der Stadt Hannover.

Digitized by Google

eiusdem Johannis ad uite ſue tempora a dicta Eccleſia optinebit Idemque Johannes dicte Eccleſie iuſtam warandiam ſiue cautionem ſuper eiſdem bonis ſe facturum fide data promiſit et poſt ipſum dominus Rabodo plebanus in Linden, domini wicbrandus de harboldeſſen et Thidericus de Stockem milites promiſerunt ſimiliter fide preſtita manualj. Poſt mortem uero ſepedicti Johannis prefati videlicet Rabodo plebanus in Linden domini wicbrandus de Harboldeſſen et Thidericus de Stockem milites a ſuo promiſſo fidej ſunt ſolutj. Quod promiſſum dominus Ludolfus prepoſitus dicte eccleſie et domina Sophya Prioriſſa ſuſceperunt ab eis. Nos quoque Thidericus de Alten, Ludoldus de Eſcherte et Bertoldus de Reden predicti idem promiſſum ab ipſis ſuſcepimus ex parte eccleſie memorate. In recompenſam uero bonorum predictorum eadem Eccleſia in Bercinghehuſen dimiſit dicto Johanni ad uite ſue tempora decimam prediorum in minori Riclinghe de qua tamen ipſe decem modios ſiliginis decem modios ordei et decem modios auene perſoluet annuatim Eccleſie ſepedicte. Minutam autem decimam ipſa Eccleſia ſibi in argumentum poſſeſſionis habite referuauit in dicta decima prediorum, Que et poſt mortem dicti Johannis ad memoratam Eccleſiam abſque alicuius contradictione uel impedimento libere reuertetur. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum ſigillis noſtris fecimus communirj. Actum et Datum ante Caſtrum Lewenrode anno domini M.CCC Secundo. In craſtino beati Alexandri preſentibus domino Johanne milite Ludolfo Nobili de Lo. Rothardo plebano in lerbeke, fromoldo viceplebano in Goltorne et Magiſtro Conrado de Hannouere clericis, Ludolfo de Goltorne hardeken de Endelingheborſt:. Thiderico de alten juniore famulis. Benrnhardo (*sic*) Meyer et Boldewino vncel, Ciuibus in honouere et aliis quam pluribus fide dignis.

Siegel der Grafen Gerhard des Aeltern und Gerhard des Jüngern von Hallermund.

Urk. 84.

Der Rath zu Münder bezeugt, daß Konrad von Nienſtedt dem Knappen Willekin den bei Nettelrede (Amts Lauenau) belegenen Wald unter der Bedingung überlaſſen hat, daß ſolcher nach Ablauf von 9 Jahren an das Kloſter Barſinghauſen fallen ſoll. Münder, 15. April 1302.

Nos Conſules Ciuitatis in Mundere preſentibus et futuris ad quorum audienciam uel intuitum preſens ſcriptum peruenerit publice profitemur quod conradus frater de Nienſtede cuidam famulo dicto Wiltekinus ſiluam iuxta netelredere citam nouem annis conceſſit, que wlgariter dicitur ſundere, abſque ullis redditibus poſſidendam, tranſactis autem annis prefixis. ager qui ex predicta ſilua ſuo labore fuerit effectus cedet ad vſus predicti fratris et ſui clauſtrj in berſinkehuſen quem memoratus willekinus ex gratia poterit poſſidere. In ſuper vnum molderatum ſiliginis et vnum molderatum ordej quod eidem frater jam dictus conceſſit erit clauſtro annis prefixis terminatis redditurus huius rej teſtes ſunt hartmannus aduocatus in mundere. Suenkel. Olricus rector conſulum hermannus elfedinc, hinricus grundeloſe, Thi-

Digitized by Google

dericus Camnot ut autem hoc factum per nullam ignorancium ualeat obumbrari nos Conſules preſentem paginam noſtri ſigilli munimine roboramus Datum et actum Mundere in feſto palmarum, anno domini M. CCC. II.

Siegel zerbrochen.

Urk. 85.

Diederich von Landesbergen und einige Andere verſprechen dem Kloſter Barſinghauſen den Beſitz einer Curie von vier Hufen zu „Wertighuſen“[1] nebſt einigen Eigenbehörigen bis Michaeli verſchaffen zu wollen. 11. Februar 1303.

(Abgedr. bei Treuer, Münchh. Geſchl.-Geſch. p. 19.)

[1] Der ſ. g. Waſſinghäuſer-Bockenſer Zehnten von 169 Morgen liegt vor Meſſenkamp (im Kirchſp. Hülſe Amts Lauenau).

Urk. 86.

Graf Otto von Everſtein ſchenkt dem Kloſter Barſinghauſen die Rottzehnten in der Marke zu Welſede und Deitlevesſen (beide im Kirchſp. Hämelſchenſchenburg Amts Hameln). **Veſte Polle, 25. Mai 1303.**

Nos dei gratia Otto Comes de Euerſtene Notum fieri volumus omnibus audituris preſentia ſeu uiſuris quod cum conſenſu omnium noſtrorum heredum renunciamus penitus omni iuri quod habuimus in decimis noualium vſque nunc excultorum et deinceps colendorum pertinentium ad locum qui appellatur Marke videlicet in welſce et dethleueſen atque eccleſie ſanctimonialium in berzinghehuſen ad inſtanciam domini prepoſiti ludolfi ibidem conferimus propter deum, vt igitur hec donatio rata et in conuulſa perpetuis temporibus perſeueret In huius rei teſtimonium preſens ſcriptum ſigilli noſtri appenſione duximus roborandum Datum et actum in Caſtro polle anno domini MCCC. tercio In die vrbani pape et martiris.

Siegel des Grafen Otto von Everſtein.

Urk. 87.

Die Grafen Gerhard und Gerhard von Hallermund, ſchenken dem Kloſter Barſinghauſen ihre Beſitzungen im Dorfe Luttringhauſen (Kirchſp. Nettelrede Amts Lauenau). **Elbagſen, 25. Mai 1303.**

Nos dei gratia Comites de Halremunt Gerardus et Gerardus vniuerſis chriſti fidelibus hanc litteram intuentibus ſalutem in domino ſempiternam, Que geruntur in tempore ne ſimul labantur cum tempore poni ea ſolent in lingua teſtium aut ſcripture memorie perhennari, Hinc eſt quod notam fieri volumus preſentibus et futuris quod cum bona voluntate noſtre vxoris elizabeth nec non filij noſtri ludolfi ac aliorum omnium noſtrorum heredum contulimus

Digitized by Google

eccleſie ſanctimonialium in berzingehuſen ob reuerenciam domini dei omnipotentis ac beatiſſime marie ſemper virginis genitricis eiuſdem omniumque ſanctorum eius necnon etiam ob remedium animarum noſtrarum atque omnium parentum noſtrorum omnem proprietatem quam habuimus in villa lutheringhehuſen cum omnibus attinentijs tam in agris quam in paſcuis et in ſiluiſ Ne igitur hec donatio a poſteris valeat irritari preſens ſcriptum in huius rei teſtimonium ſigillorum noſtrorum munimine duximus roborandum Aſtiterunt preſentes cum hec donatio fieret Dominus Johannes Nobilis de adenoys, filius eius dominus fredericus Canonicus hildeñ, Item filius eius Johannes, Johannes de genhuſen miles, fratresque ſui videlicet albertus fredericus et heinricus, Heinricus Wildhe thetmarus de mendaſſen thetmarus bogel Johannes hobe famuli et plures alij fide digni Datum et actum Eldaſſen anno domini M. CCC tercio In die vrbani pape et martirjs.

Zwei Siegel der Grafen von Hallermund, von denen das erſte ein kleines Herzſiegel iſt.

Urk. 88.

Ritter Diederich Holtgreve verkauft dem Kloſter Barſinghauſen ſeine Güter zu Luttringhauſen. 9. Juni 1303.

Ego Thidericus miles dictus Holtgreue Senior in preſentibus fateor et proteſtor quod Bona in Lutteringehuſen cum omnibus attinencijs ſiluis videlicet pratis et paſcuis vendidi Clauſtro in Bercinhuſen cum heredum meorum conſenſu pleno pariter et perfecto Cui proteſtationi meum appono ſigillum ad euidenciam pleniorem. Huius rei teſtes ſunt dominus Thidericus dictus de Borinchuſen. Herbordus. Ludolfus de Patteñ Canonici Wnſtorpeñ. Thidericus holtgreve junior Conradus de Hedeſſen Milites ac alii fide digni Datum anno domini M CCC. III. Primi et feliciani Martirum.

Siegel des Ritters Diederich Holtgreve.

Urk. 89.

Pröpſtinn Adelheid und Kellnerinn M. des Kloſters Herford überlaſſen dem Kloſter Barſinghauſen verſchiedene Güter zu beſtimmten Zwecken. 3. Auguſt 1303.

Dilectis ſibi in chriſto dominabus.. prioriſſe totique conuentui in Berzcinchehuſen alheydis prepoſita ſecularis, eccleſie heruordenſis ac M. Celaria ibidem eius ſoror oracionum ſuarum exhibicionem cum ſalute, Euaneſcunt cum tempore que geruntur in tempore niſi recipiant a voce teſtium aut ſcripti memoria firmamentum. Noueriut igitur tam poſteri quam moderni veſtri conuentus nec non vniuerſi chriſti fideles quod proprietatem quorundam bonorum noſtrorum que apud vos dudum obſeruaſtis vobis libere manumittimus et aſſignamus, perpetuo poſſidendam, Rogantes eciam quatenus ea que proinde nobis, domino ar. Ebdomadario eccleſie predicte noſtro ſpeciali amico et aliis noſtris amicis, de Jure fuerint facienda. facere non recuſetis, Item ſcientes quod Bertradis dilecta ſoror noſtra cum gerhardo quodam

Digitized by Google

ſacerdote noſtro precordialiſſimo et werhero militi (*ſic*) noſtro conſanguineo et vxori eius viam vniuerſe carnis nouiter eſt ingreſſa, quibus ſimul et ſemel participacionem omnium bonorum operum que per vos fiunt, dari petimus ſicut nobis ac noſtris amicis antedictis, tam in vita, quam in morte, veſtris litteris ſigillatis. Et ut premiſſa rata permaneant et inconwlſa ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno domini M°CCC° tercio In die invencionis Beati Stephani prothomartiris.

Siegel ſchlecht erhalten.

Urk. 90.

Edelherr Konrad von Arnheim und Hermann Hake bezeugen, daß Ludolf Netſten zu Gunſten des Kloſters Barſinghauſen allen Anſprüchen hinſichtlich einer halben Hufe Landes zu Reinſen (Heſſen-Schaumb. Amts Rodenberg im Kirchſp. Heuerſen) **entſagt hat. 26. November 1303.**

Omnibus preſentia viſuris. Conradus nobilis de Arnem Hermanus dictus Hake ſalutem in domino. Tenore preſencium publice proteſtamur, quod cum Ludolfus dictus netſten dominum prepoſitum in berſighuſen ſuper dimidio manſo ſito in Reynhuſen inpeteret et eccleſiam ſuam ſollicitaret ſepius querimoniam uentilando — tandem dictus prepoſitus coram nobis utriſque conſtitutus quod talis manſus ſue eccleſie pertineret ſe iuramento tactis ſacroſanctis ewangeliis in momento probaturum afferebat. ludolfus autem prepoſito in iurando pepercit ſimul diſcretorum virorum induſtria commonitus cognouit minus iuris in eodem ſe habere — Renunciauit igitur viua voce et manu omni actioni quam de iure vel facto in eundem manſum contra ſepedictum prepoſitum et eccleſiam ſuam in poſterum poſſet ſuſcitare. Teſtes huius ſunt Fredericus grimpo. lentfridus de gele ſamuli, gotfridus de berſighuſen. Jo. grip. Jo. hoffleger, ne eciam quis ambiguus efficiatur de predictis preſens ſcriptum ſigillis noſtris duximus roborandum. Datum anno Domini M°.CCC°III° in craſtino katerine virginis.

Siegel des Konrad von Arnheim (Adler) ganz zerbrochen; das zweite Siegel iſt abgefallen.

Urk. 91.

Biſchof Siegfried zu Hildesheim überträgt dem Edelherrn Johann von Adenſen das Obereigenthum von vier Hufen Landes zu „Wretzinghehuſen“ (bei Meſſenkamp), **wogegen der Letztere dem Biſchofe vier andere Hufen Landes daſelbſt zu Lehn aufträgt. 1. December 1303.**

In nomine domini Amen. Sifridus dei gratia hildenſem ecclefie episcopus omnibus in perpetuum. Nouerint vniuerſi quod nos de communi conſenſu et voluntate noſtri capituli proprietamus nobili viro Johanni domino de Adenoys et ſuis heredibus Quatuor manſos in villa wretzinghehuſen cum omni iure et vtilitate ſicut idem nobilis Jo. a nobis in pheodo

Digitized by Google

tenuit. dantes eifdem veram et legitimam eorundem bonorum in omnibus warandyam. Idem uero nobilis cum confenfu heredum fuorum quatuor manfos fue proprietatis in eadem villa fitos. cum omni iure et vtilitate loco permutationis ne quid noftre ecclefie depereat in premiffis. a nobis iure recepit pheodali ficut in fuis litteris continetur. In quorum felicem memoriam et perpetuam firmitatem Sigillum noftrum et noftri capituli in euidens teftimonium duximus apponendum Teftes huius funt Johannes de Rodhen. arnoldus de vifbeke. Erneftus boc. canonici noftre ecclefie. Albertus boc. Conradus de Saldere Ludolfus camerarius milites et alii quam plures. Acta funt hec anno domini Milleſimo trecenteſimo tercio In capite aduentus domini.

Das erſte Siegel fehlt, das zweite iſt erhalten.

Urk. 92.

Propſt Ludolf zu Barfinghauſen beſtellt in einem Schreiben an den Official der Cölner Curie den Prieſter Konrad zu ſeinem Anwalte in ſeiner Sache gegen den Prieſter Arnold Perſek. 5. December (Vig. Nicol.) 1303.

Urk. 93.

Edelherr Johann von Adenſen ſchenkt dem Kloſter Barfinghauſen vier Hufen Landes zu „Wercingehufen“ (bei Meſſenkamp im Amte Lauenau). 10. Juli 1304.

(Vergl. Urk. 91 vom 1. December 1303.)

Johannes Nobilis de adenoys Omnibus in perpetuum. Nouerint vniuerſi quod de conſenſu heredum meorum videlicet domini frederici canonici hildeñ. ac Johannis fratris fui aliorum aliarumque ſeu quorum uel quarum conſenſus erat requirendus. contuli pro remedio anime mee et parentum meorum monaſterio beate marie in bercingehuſen. proprietatem quatuor manſorum ſitorum in villa wercingehuſen cum omni iure et utilitate eorum. Quos Johanna relicta waltheri de wercingehuſen cum ſuis heredibus a me titulo tenuerat feodali, Quam proprietatem venerabilis pater dominus ſifridus hildeñ episcopus cum ſui capituli conſenſu. mihi et meis heredibus loco permutacionis dedit pro aliorum quatuor manſorum in eadem villa iacentium proprietate. quos ab ipſo recepi in pheodo ne quid in permutacione huiuſmodi ſue ecclefie deperiret. In cuius rei teſtimonium hanc litteram Sigillis meo et dicti domini frederici filii mei feci conſignari. Datum anno domini M. CCC. IIII in die ſeptum fratrum.

Siegel des Edelherrn Johann von Adenſen und ſeines Sohnes Friedrich.

Urk. 94.

Edelherr Ludolf von Lo überträgt dem Kloſter Barfinghauſen das Obereigenthum von 2 Hufen 7 Acker Landes und einer Mühle zu Winninghauſen (im Kirchſp. Hohenboſtel Amts Wennigſen). 21. September 1304.

(Vergl. Scheidt v. Adel S. 283.)

Digitized by Google

Ego Ludolfus Nobilis de Lo per preſens ſcriptum notum fieri cupio vniuerſis quod ob ſalutem anime mee ac progenitorum meorum cum perfecto heredum meorum conſenſu contuli monaſterio Beate Marie in Bercinhehuſen proprietatem duorum manſorum cum omni iure ac ſeptem iugerum et molendini in Wininchehuſen, que quidem bona a me tenebant Gerhardus de Stedere et arnoldus de Wininchuſen et michi predicto Ludolfo ad manus predicti monaſterii manualiter reſignarunt. In cuius rei euidenciam ſigillum meum preſentibus eſt appenſum. Huius rej teſtes ſunt. Dominus Johannes kanno. Alexander de Helle Bertoldus de Redhen Conradus Holtgreue. Olricus de Iltene. Ludolfus de Goltorne Militef Thedericus de alten. Thedericus de Goltorne ſamuli ac alii fide digni Datum anno domini M.CCC.IIII. Mathei apoſtoli.

Siegel des Edelherrn Ludolf von Lo.

Urk. 95.

Biſchof Gottfried zu Minden überträgt dem Ritter Konrad von Winninghauſen den Rottzehnten zu „Stedere [1])“. Minden, 6. October 1304.

Nos Godefr. dei gratia Mindeñ ecclefie Episcopus recognoſcimus et tenore preſencium proteſtamur quod decimas noualium in Stedere quas Conradus de Winnigehuſen miles inpetierat ipſo Conrado inpetitori huiusmodi libere contulimus iure perpetuo poſſidendas. dantes hoc ſcriptum sigillo confirmacionis noſtre quo adhuc vtimur communitum in teſtimonium ſuper eo. Teſtes huius rei ſunt Gvntherus de Swalenberch conſanguineus noſter Theſaurarius eccleſie Mynden Lodewicus de Bardeleve archydiaconus in lo. Bruno prepoſitus in Weningeſſen Lvdolfus prepoſitus monaſterii ſupradicti et quam plures alii fide digni. Actum et datum Mynde II Nonas Octobris Anno domini M.CCC. Quarto.

Siegel des Biſchofs Gottfried zu Minden.

---

[1]) „Stedere“ lag in der jetzigen Feldmark von Gehrden, im Amte Wennigſen.

Urk. 96.

Johann von Goltern und Ludwig von Engelboſtel bezeugen, daß Hermann Perſek Mönch zu Corvey dem Kloſter Barſinghauſen eine Curie zu „Ebbinghehuſen“ [1]) überlaſſen hat. Hannover, 30. Januar 1305.

Nos Johannes de Goltorne et Lodewicus de Endelingheborſtel milites preſenti ſcripto noſtris ſigillis ſignato recognoſcimus et vna cum teſtibus infraſcriptis publice proteſtamur Quod coram nobis ac eis Hermannus perſec Monachus Eccleſie Corbeyensis. de bona ac libera voluntate ſua renunciauit plane omni iurj videlicet pratis, paſcuis, ſiluis agris cultis et

---

[1]) S. Note 11 zu Urk. 12 vom 1. Februar 1216.

Digitized by Google

incultis quod ius ej in prefentj vel in futuro competere poterat in Curia ſita in Ebbinghehuſen, quam Borchardus Bertoldus et arnoldus dicti Perfec fratres ſui vendiderunt Monaſterio in Bercinghehuſen, vendicionem huiusmodi ſuo conſenſu ratificans et confirmans. Cuius rej nobiscum Teſtes ſunt Bertrammus de Harboldeſſen Thidericus de Stockem et Euerhardus de Reten milites, Thider. de Goltorne ſenior Hardeke de Endelingheb. Johannes de yltene. Heinricus de Homborſtelde. et plures alij fide digni. Datum et actum Honouere, anno domini M. CCC. V. tercio kalendas februarij.

Siegel des Johann von Goltern und Ludolf von Engelboſtel.

Urk. 97.

Das Kloſter Corvey verkauft dem Kloſter Barſinghauſen das Amt (officium) zu Hohenboſtel (Amts Wennigſen) und das Patronat über die Kirche daſelbſt. 28. April 1305.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Henricus dei gracia abbas. Bernhardus prior. Fredericus prepoſitus totuſque conuentus eccleſie corbeyenſis Paderbornenſis dyoceſis. omnibus viſuris preſencia ſalutem in domino ſempiternam. De geſtis hominum etiam laudabilibus ſepe emergit dira obliuionis calumpnia niſi ſcripturarum memoriis caueatur, Quocirca vniuerſis chriſti fidelibus preſens ſcriptum intuentibus cupimus eſſe notum. Quod cum officium noſtrum in honborſtolden. ſitu longe diſtans ab eccleſia noſtra corbeyenſi quaſi eſſet deſolatum Ita quod nullum emolimentum aut uſufructus noſtra eccleſia ab eodem multis temporibus percepiſſet. Immo iam per diſtractionem et diſſipacionem bonorum ad idem pertinencium uideretur quaſi ab eccleſia noſtra ipſum officium penitus alienatum dampnum hoc commutare in melius cupientes. Receptis proinde Septuaginta marcis bremenſis argenti vendidimus memoratum officium in Honborſtolden cum iure patronatus eccleſie ibidem ac omnibus ſuis pertinenciis. in ſiluis. campis. aquis et paſcuis cultis pariter et incultis nec non cum uniuerſo iure quod in ipſo officio habuimus venerabilibus et in chriſto dilectis domino prepoſito. prioriſſe. et conuentui. ſanctimonialium Monaſterii beate virginis in bertzingehuſen. Mindenſis dyoceſis perpetuo poſſidendum. Et quia ſingule prelature Eccleſie noſtre corbeyenſis videlicet prepoſitura. Celleraria, et porta in prenotato officio uendito habebant ſuos ſingulos et redditus ſpeciales idcirco ſupradicta ſumma Septuaginta Marcarum argenti comparatis cum ea aliis certioribus redditibus conuerſa exſtitit in noſtre uſus eccleſie meliores. et ad predictas repoſita proporcionabiliter noſtre eccleſie prelaturas. vt autem hec omnia rata et inconwlſa permaneant. preſens ſcriptum inde confectum dedimus Sigillorum noſtrorum munimine roboratum. Teſtes huius ſunt. Hereboldus magiſter karitatum. Crachto cellerarius Eccleſie noſtre. Olricus prepoſitus Kaminatenſis. ludolfus dictus de molhoſen montismartis. Gotfridus rector eccleſie ſancti Kiliani huxarienſis. Johannes plebanus in honborſtolden. Frater albertus conuerſus de amelungeſbornen. henricus dictus monetarii. Johannes bocholt. Johannes de holleſſen. henricus inſitoris. thidericus puſterman burgenſes huxarienſes. Acta ſunt

Digitized by Google

hec domino ludolfo exiſtente prepoſito in predicta eccleſia bertzingehuſen et Sofia exiſtente prioriſſa. Anno domini M°.CCC°. quinto. IIII Kalend. Maii.

Drei Siegel.

Urk. 98.

Abt Heinrich zu Corvey verſpricht dem Kloſter Barſinghauſen, den Kaufbrief über das Amt zu Hohenboſtel mittelſt des größeren Siegels erneuern zu wollen. 28. April 1305.

(Vergl. die vorſtehende Urkunde.)

Nos Henricus dei gratia corbeyenſis eccleſie abbas notum eſſe volumus vniuerſis Quod promiſimus et obligauimus nos ad hoc ut quam primum rehabere nos contingerit maius Sigillum noſtrum innouare debemus, honorabilibus in chriſto domino prepoſito prioriſſe et conuentui monaſterii ſanctimonialium beate virginis in bertzingehuſen gratis et abſque ſuis expenſis litteras ſuas ſuper vendicione officii in Honborſtolden cum ſuis attinenciis olim eis datas. In cuius teſtimonium preſens ſcriptum Sigillo noſtro ad cauſas dedimus communitum, Teſtes huius ſunt Hereboldus magiſter karitatum crachto cellerarius eccleſie noſtre olricus prepoſitus kaminatenſis gotfridus rector eccleſie ſancti kiliani huxarienſis. iohannes plebanus in honborſtolden. iohannes de holleſſen. henricus iohannes bocholt burgenſes huxarienſes. Datum anno domini M°CCC° quinto IV° kal. Maii.

Siegel des Abts.

Urk. 99.

Prior Bernhard, Propſt Friedrich und der Convent zu Corvey verſprechen, dafür zu ſorgen, daß ihr Abt Heinrich, ſobald derſelbe in den Beſitz des großen Siegels gekommen ſein wird, eine neulich dem Kloſter Barſinghauſen ausgeſtellte, das Amt in Hohenboſtel betreffende Urkunde erneuern ſoll. 28. April 1305.

Nos bernhardus prior fredericus prepoſitus totuſque conuentus Eccleſie corbeyenſis paderbornenſis dyoceſis. Notum eſſe volumus Vniuerſis quod nos vnanimiter promiſimus et obligauimus ad hoc ut quam primum reuerendum in chriſto patrem ac dominum noſtrum henricum eccleſie noſtre abbatem maius ſuum Sigillum rehabere contigerit procurare debemus cum effectu. quod littere date olim domino prepoſito et conuentui ſanctimonialium eccleſie beate virginis in bertzingehuſen ſuper officio in honborſtolden eis vendito. gratis et abſque omnibus eorum expenſis prefati domini noſtri henrici abbatis maiori et aliis Sigillis debitis innouentur. Et ſi forte alium dominum et abbatem nos habere contingerit priuſquam dominus noſter henricus abbas ſuum Sigillum maius rehaberet extunc illius domini noui abbatis ſibi ſuccedentis Sigillo prenominatas litteras de officio honborſtolden ut premiſſum eſt vendito procurabimus innouari In cuius obligacionis noſtre memoriam et teſtimonium preſens ſcrip-

Digitized by Google

tum noſtris Sigillis dedimus communitum. Teſtes huius ſunt crachto cellerarius hereboldus magiſter karitatum eccleſie noſtre. olricus prepoſitus Kaminatenſis gotfridus rector eccleſie ſancti Kiliani huxarienſis. iohannes plebanus in honborſtolden iohannes de holleſſen henricus monetarii iohannes bocholt burgenſes huxarienſes. Actum et Datum anno domini M°CCC° quinto IV° Kalend. Maii.

Zwei Siegel vorhanden.

Urk. 100.

Graf Johann von Roden verkauft mit Zuſtimmung ſeines Sohnes Ludolf dem Kloſter Barſinghauſen ſeine Güter zu Hohenboſtel nebſt der Voigtei, Leibeigenen und allem Zubehör. Wunſtorf, 7. Mai 1305.

Johannes dei gratia Comes de Roden et de Wnſtorpe. vniuerſis chriſti fidelibus ad quos preſens ſcriptum peruenerit Salutem in omnium ſaluatore. Confirmari debet teſtibus aut litteris temporalis actio ne perire poſſit prolixi temporis interuallo. Hinc eſt quod notum fieri cupimus vniuerſis, quod bona noſtra in Homborſtolde vendidimus pro centum et quinquaginta marcis bremenſis argenti, Monaſterio ſancti Marie in Bercingehuſen cum omnibus attinentijs filij noſtri Ludolfi pleno accedente conſenſu ac aliorum etiam noſtrorum legitimorum heredum ſimulque omni iure quod in eiſdem habuimus, videlicet hominibus, aduocatia, Siluis pratis paſcuis cultis pariter et incultis ſuper quibus plenam warandyam preſtamus eidem monaſterio et preſtabimus loco et tempore, cupientes magis eadem bona diuinis cultibus quam ſecularibus applicare actibus, ſperanteſque apud dominum exinde fieri meritum ſpeciale. Et ne de hiis in poſterum dubietaſ ſeu contradictionis ſcrupulus aliquis a noſtris oriatur ſucceſſoribus preſens ſcriptum inde confectum noſtri duximus ſigilli munimine roborandum. Huius rej teſtes ſunt dominus Thidericus de Bornichuſen Dominus Olricus de Landeſberge, Dominus arnoldus de Hedeſſe, Canonici Wnſtorpenſes, Dominus vromoldus plebanus in Loteringehuſen, Dominus Johannes plebanus in Homborſtolde, Sacerdotes, Necnon dominus Johannes et dominus Ludolfus de Golturne, dominus Willebrandus de Reden, Dominus Conradus de Hedeſſen, Dominus Thidericus Scheleholtgreue [1]) Dominus Thidericus Junior Holtgrauius, Dominus Olricus de Iltene, Milites, Hildeboldus quoque de Wnſtorp et Conradus de Linden famuli et quam plures alij fide digni. Datum Wnſtorp, anno domini Milleſimo Trecenteſimo quinto. In Craſtino beatj Johannis Ewangeliſte ante Portam latinam.

Siegel des Grafen Johann an roth ſeidener Schnur.

---

[1]) In einer anderen gleichlautenden Urkunde: „luſcus holtgrauius“

Urk. 101.

Ludwig von Engelboſtel und einige Andere bezeugen, daß Hermann Perſek allen

Digitized by Google

Anſprüchen an die Meyerei zu Hohenboſtel zu Gunſten des Kloſters Barſinghauſen entſagt hat. Hannover, 14. Auguſt 1305.

Nos Lodewicus de Endelingeborſtelde, Conradus Holtgreue, Thidericus de Godenſtede, Henricus de Wetbergen, milites. Nec non Thidericus de Goltorne ſenior, Eylardus de Lente, Hardeke de Endelingeborſtelde, Borchardus de Wetbergen, Henricus de Homborſtelde, Arthuſus de Negenborne, famuli, Recognoſcimus per preſentes, Quod preſentibus nobis teſtibus ad hoc vocatis et rogatis, Hermannus perſek, receptis ab Arnoldo, fratre ſuo XV Marcis Bremenſis argenti, renunciauit penitus omni iuri, quod habuit in parte villicacionis in Homborſtelde, eundem Ar. fratrem ſuum contingente, tam in hominibus quam in bonis. Illaque Monaſterio in Bercinghuſen, in manus domini Ludolfi prepoſiti eiuſdem Monaſterii, et fratris Henrici conuerſi ibidem dimiſit, quiete et libere perpetuo poſſidendum. In cuius rei teſtimonium. Nos. Lodewicus de Endelingeborſtelde. Conradus Holtgreue. et Henricus de Wetberge, Milites predicti, Rogati, a predictis videlicet domino L. prepoſito, nec non a Her. perſeke, et ab Ar. fratre ſuo. has litteras noſtris Sigillis fecimus Roborari — — Actum et Datum Honouere, in Pomerio ante caſtrum. Anno domini — M°CCC\° — in vigilia aſſumptionis beate Marie.

Das erſte Siegel abgefallen, das zweite und dritte verletzt.

Urk. 102.

Oda, Gemahlinn des Knappen Herwig von Utteſſe, beſtätigt den von Seiten ihrer Brüder geſchehenen Verkauf von Gütern zu Hohenboſtel an das Kloſter Barſinghauſen. 1. October 1305.

(Abgedr. bei Scheidt v. Adel S. 394.)

Notum sit omnibus hanc litteram viſuris ſeu audituris, quod ego Oda uxor herewici de vtteſſe famuli, et bertrammus filius meus, ceterique mei heredes, vendicionem bonorum in homborſtelde cum omnibus ſuis juribus, quam fratres mei cenobio in berzinghehuſen quondam fecerunt, ratam et gratam habemus, et venditioni conſentimus, et juri, ſi quod in dictis bonis petere poſſemus, propter deum et ſalutem animarum noſtrarum renunciauimus in hiis ſcriptis, ad cuius rei proteſtacionem ab noticiam pleniorem, litteram preſentem, ſigillis predicti mariti mei herewici, ac johannis de oberge, hermanni de Dalem, Henrici de werle, militum, petiuimus ſigillari, et nos herewicus de vtteſſe famulus, johannes de oberge, hermannus de Dalem, henricus de Werle, milites, rogati, preſentem litteram noſtris ſigillis duximus in rei teſtimonium ſigillandam Datum anno domini — M°CCC°. Quinto die beati Remigii.

Das erſte und zweite Siegel vorhanden; das dritte und vierte abgefallen.

Urk. 103.

Hermann Perſek entſagt allen Anſprüchen an eine Curie zu „Ebingehuſen“

zu Gunsten des Klosters Barsinghausen. Hannover, 30. Januar 1305 [1]). Ferner verkauft derselbe dem genannten Kloster seine Gerechtsame an der Meyerei in Hohenbostel mit Leuten und der Vogtei. (Groß-)Nenndorf, 15. Mai 1306.

Ego hermannus Perfek, vniuerſis ad quos preſens peruenerit cupio eſſe notum, Quod de bona et libera uoluntate mea, renunciaui plane omni iurj, quod michi in preſenti vel in futuro competere poterat in curia ſita in Ebingehuſen, cum omnibus ſuis attinentiis ſcilicet in pratis, paſchuis, agris cultis et incultis Quam quidem curiam Borchardus Bertoldus et arnoldus dictj Perfek fratres mej, vendiderunt Monaſterio in Bercingehuſen, vendicionem huiusmodi meo conſenſu ratificans et confirmans, Cui renuntiationj mee interfuerunt teſtes Dominus Johannes de Golturne Dominus Lodewicus de Endelingeborſtolde, Dominus Bertrammus de Hareboldeſſen Dominus Thidericus de Stockem, Dominus Euerhardus de Reten, Milites, Theodericus de Golturne Senior, Hardeke de Endelingeborſtolde, Johannes de Ittene, Henricus de Homborſtolde et plures alij fide digni, actum Honouere anno dominj M. CCCV III kal. februarij. Item recognoſco, quod ſimiliter de mea ſpontanea et libera uoluntate, vendidi dicto Monaſterio in Bercingehuſen, pro Triginta Marcis bremenſis argentj, omne jus quod habui vel in futurum habere poteram in villicatione Homborſtolde, cum hominibus et aduocatia ſuper homines et ſuper bona, et cum vniuerſis ſuis attinentijs in villis, campis, Siluiſ, aquis, Molendinis, paſchuiſ atque pratis, et illi iuri renunciaui manu et lingua, plane et penitus, Coram Nobili viro Domino Conrado de arnem, Domino Johanne de Goltürne, Domino Wolthero de Cerſne, Domino Lodewico de Endelingeborſtolde ac Domino Thiderico de Godenſtede Militibus, Preſentibus Domino bruningo de Endelingeborſtolde canonico Minden, Domino Rodhardo plebano in Lerebeke, Domino vromoldo in Lutteringehuſen rectore Clericiſ, et domino Conrado de Wiringehuſen, milite, necnon Rodberto de Cerſne Dethardo de Belderſen, Lamberto de Iancredere et Conrado dicto Buning famulis et aliis quam pluribus fide dignis teſtibus ad hoc uocatis pariter et rogatiſ actum Nendorp, anno dominj MCCC Sexto, ydus May. In quorum omnium magis euidenſ Teſtimonium hanc litteram Sigillo domini Lodewig de Endelingeborſtolde predictj tunc temporis honouere aduocatj quia proprium non habeo dicto Monaſterio in Bercingehuſen contulj roboratam Datum anno dominj M. Trecenteſimo Sexto ydus May.

Siegel des Ludwig von Engelbostel.

[1]) S. Urk. 96.

Urk. 104.

Edelherr Konrad von Arnheim und einige andere Ritter bezeugen, daß Hermann Perfek dem Kloster Barsinghausen eine Meyerei zu Hohenbostel verkauft hat.

(Groß-)Nenndorf (Amts Rodenberg), 15. Mai 1306.

Digitized by Google

Nos, Conradus nobilis de arnem, necnon Johannes de Golturne, Woltherus de Cerſne Lodewicus de Endelingeborſtolde, ac Thidericus de Godenſtede Milites recognoſcimus et preſentibus noſtris ſigillis roboratis publice proteſtamur Quod Hermannus perſek de bona et libera uoluntate ſua vendidit Monaſterio beate Marie in Bertingehuſen pro Triginta marcis bremenſis argentj omne ius quod habuerat vel in futurum habere poterat, in villicatione Homborſtolde, cum hominibus et aduocatia ſuper homines et ſuper bona et cum vniuerſis ſuis attinentijs in villis campis Siluis aquis paſchuis atque pratis et illi iuri renunciauit manu et lingua plane et penitus coram nobis, Preſentibus Domino Bruningo de Endelingeborſtolde Canonico Minden et domino Rothardo plebano in Lerebeke ac domino vromoldo plebano in Lutteringehuſen, clericis et domino Conrado de Winningehuſen milite Necnon Rodberto de Cerſne, Dethardo de Belderſen, Lamberto de Lancredere et Conrado dicto Buning famulis ac aliis pluribus fide dignis teſtibus ad hoc vocatis pariter et rogatis, Actum et Datum Nendorp, anno domini M.CCCVI. ydus Maij.

Siegel des Konrad und vier andere Siegel.

Urk. 105.

Der Convent zu Barſinghauſen genehmigt, daß die von zwei Laienbrüdern aus den Kloſtergütern in Nienſtedt (im Kirchſp. Barſinghauſen) geſammelten 40 Mark zu Conſolationen verwandt werden. 2. April 1307.

Nos L. prepoſitus A. prioriſſa in bercingehuſen vniuerſis preſencia viſuris pupplice proteſtamur quod conradus et wlmodis conuerſi cum preeſſent bonis noſtris in nyenſtede collegerunt ex eiſdem bonis ſummam quadraginta marcarum quas redegerunt in noſtre vſus eccleſie, ſupplicantes humiliter et deuote. quatenus proinde aliquod ſolacium infirmis miniſtraretur quorum pie peticioni annuentes quoddam molendinum quod wigariter wiſcmole nuncupatur ad hoc deputauimus quatinus ex integrali penſa iam dicti molendini tam dominarum intrinſecus quam conuerſorum forinſecus penuria ſubleuetur. Item recognoſcimus per preſentes quod ſupradicti conuerſi c. et wl. ex ſagaci prouidencia. V. caſas in wercingehuſen edificauerunt poſtulantes nichilominus ſuppliciter et deuote quatinus ex iam dictis caſis noſtro apoſito conſenſu ob reuerenciam domini noſtri ihеſu chriſti in feſto palmarum conſolacio fieret dominabus. vt autem hoc factum noſtrum nullus attemptet infringere. preſentem paginam inde conſcriptam ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Acta ſunt hec anno domini M°CCC°VII quarto nonas aprilis.

Siegel abgefallen.

Urk. 106.

Biſchof Sigfried zu Hildesheim bezeugt, daß Hermann Perſek zu Gunſten des Kloſters Barſinghauſen allen Anſprüchen an die Meyerei in Hohenboſtel,

Digitized by Google

eine Curie in „**Ebbinghehuſen** [1])“ und den ſogenannten Sundertwald entſagt hat. 17. Mai 1307.

Nos Sifridus dei gratia Hilden' Eccleſie Episcopus tenore preſencium publice proteſtamur quod conſtitutus in noſtra preſencia hermannus dictus perſec voluntarie renunciauit omni iuri quod sibi in villicatione Homborſtolde cum hominibus et aduocatia ſuper homines et ſuper bona, necnon in Curia Ebbinghehuſen et Silua que dicitur Sundern pratis paſcuis ſituis agris cultis et incultis attinenciis et in ſingulis pertinentiis bonorum predictorum competere poterat quoquo modo nichil ſibi in hiis aut aliquo premiſſorum iuris penitus reſeruando, faciendo.. prepoſito ac monaſterio in Berſcingehuſen pactum de inpeticione nulla prorſus in poſterum iteranda Huius rei teſtes ſunt Guncelinus de berenwinkele, fredericus de adenoyz, Erneſtus dictus boc Canonici hilden' Eccleſie Lippoldus de Rotthinghe junior et Hermannus de Stempne Milites et quam plures alii fide digni In premiſſorumque euidens teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno domini M.CCC ſeptimo XVI kalendas Junii.

Siegel des Biſchofs Sigfried zu Hildesheim.

---

[1]) S. Note 11 zu Urkunde 12 vom 1. Februar 1216.

Urk. 107.

Biſchof Gottfried zu Minden überträgt dem Kloſter Barſinghauſen das Obereigenthum des Zehnten zu Hohenboſtel. Minden, 15. October 1307.

(Vergl. Urk. 111 vom 22. Juni 1309.)

Godefridus dei gratia . Mindenſis Eccleſie Episcopus . . Dilectis in chriſto. . prepoſito prioriſſe . et Conuentui Sanctimonialium in Bercingehuſen. Salutem in domino. Ex ſpeciali fauore, quo monaſterium veſtrum profequimur vobis ad hoc confenſum beniuolum adhibemus ut decimam in Honborſtele. iam dudum laicis infeodatam . et ab ipſis hactenus poſſeſſam, a manu laycali . in vſum eccleſiaſticum reuocetis . ac ipſius decime proprietatem monaſterio veſtro damus, et ad perpetuo poſſidendam, vobis tenore preſencium aſſignamus, In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Minde. Anno domini M°CCC°VII°. vdus octobris.

Siegel des Biſchofs Gottfried zu Minden.

Urk. 108.

Graf Adolf von Holſtein und Schauenburg ertheilt auf Bitten ſeiner Enkelinn Cunegunde von Stromberg, Kloſterfrau zu Barſinghauſen, einem Eigenbehörigen den Freibrief. Schauenburg, 17. Februar 1308.

Digitized by Google

Nos Adholfus Dej gratia Comes de Holtzatia et in Scowenburg omnibus preſens ſcriptum viſuris volumus eſſe notum. quod ob diuine remuneracionis intuitum ac ſingularis peticionis dilecte neptis noſtre, Conegundis dicte de Stromberge ſanctimonialis Eccleſie beate marie virginis in Bercingehuſen, Johannem filium quondam hudemannj dicti de Eminghuſen, hominem noſtrum proprium, ſe religioni ſancte tranſferendum ab omni iure proprietatis et ſeruitute, quo nobis aſtrictus fuerat dimiſimus liberum et ſolutum vt autem hec libera dimiſſio a nobis et noſtris heredibus dicto Johanni rata et inviolabilis obſeruetur preſens ſcriptum noſtro ſigillo munitum ipſi dedimus ad cautelam. Datum in Scowenburg, anno Dominj. Milleſimo Trecenteſimo Octauo. Tercio decimo kalendas Marcii.

Siegel zerbrochen.

Urk. 109.

Die Gebrüder Friedrich und Johann Edelherren von Adenſen überlaſſen dem Kloſter Barſinghauſen einen Leibeigenen. 20. Juni 1308.

Vniuerſis hanc literam intuentibus ſalutem Nos Fredericus dej gracia canonicus maioris eccleſie in hilden et Johannes [1]) laycus fratres nobiles dicti de adenoys pupplice (*sic*) proteſtamur preſentj litera ſigillo noſtro munita quod nos relinquimus quendam virum nomine ludolfum glade a iuridictione noſtra ſiue proprietate clauſtro in berſighuſen taliter, vt nobis ſuo ſeruicio ſubjugarat, jn cuius rej teſtimonium ſigillum noſtrum preſentj litera eſt appenſum Datum anno domini MCCCVIII craſtino geruaſii et Protaſij martirum beatorum.

Siegel abgefallen.

---

[1]) Johann, obgleich hier zuletzt genannt, war der ältere der beiden Brüder.

Urk. 110.

Diederich von Goltern verkauft dem Kloſter Barſinghauſen eine Hufe Landes zu Groß-Goltern (Kirchd. Amts Wennigſen), eine Kothe und eine Hufe Landes zu Egeſtorf (im Kirchſp. Barſinghauſen Amts Wennigſen). 26. Juli 1308.

Ego Thidericus dictus de Goltorne tenore preſencium recognoſco publice et proteſtor, Quod de bona uoluntate et conſenſu domini Johannis et domini Ludolfi fratrum meorum, nec non domini Hugonis filii dicti domini Jo., ac domini Thiderici et domini Ludolfi quondam filiorum domini Arthuri bone memorie fratris mei, dictorum de Goltorne. domine bertradi ſanctimoniali in bercingehuſen filie ſepedicti domini Jo. fratris mei dicte de Goltorne, vendidi vnum manſum in Goltorne, ſitum. pro duodecim marcis et ſertone, Item vnam caſam ſitam in Eſtorpe pro tribus marcis cum vniuerſo iure et proprietate ipſorum, ad officium camere monaſterii antedicti. Preterea, alium manſum in eadem villa ſitum, eidem monaſterio contuli

Digitized by Google

pleno Jure ad dictum officium, pro ſalute anime mee et progenitorum meorum poſt meum obitum perpetuo poſſidendum. vt autem hec mea donatio inuiolabilis permaneat, preſentes litteras, Sigillorum, mei uidelicet, et fratrum meorum et cognatorum meorum predictorum feci munimine roborarj. Datum anno domini M°.CCC°.VIII°, In craſtino beati Jacobi apoſtoli.

Siegel des Diederich von Goltern.

Urk. 111.

Edelherr Ludolf von Lo überträgt dem Kloſter Barſinghauſen das Obereigenthum des von den Gebrüdern Perſek ihm aufgelaſſenen Zehntens zu Hohenboſtel. 22. Juni 1309.

(Vergl. Urk. 107 vom 15. October 1307.)

Lvdolfus nobilis dictus de lo Omnibus hoc ſcriptum vifuris ſalutem in domino ſempiternam. Que geruntur in tempore ne ſimul labantur cum tempore poni ſolent in lingua teſtium aut ſcripture memoria commendari. Hinc eſt quod notum fieri cupio vniuerſis chriſti fidelibus tam preſentis temporis quam futuri quod borchardus dictus perſek ſuaque vxor hampe et duo ſui filij walterus et bertoldus atque fratres ſui Hermannus et Bertoldus ac omnes heredes eorum michi et heredibus meis decimam in Homborſteldhe cum omni iure et vtilitate ſicut ipſi videbantur poſſidere ad vſus monaſterij beate Marie virginis in bertcinghuſen reſignauerunt cum bona voluntate et vnanimi conſenſu quam huc uſque a me in feodo tenuerunt. Ego etiam Ludolfus cum heredibus meis incontinenti eidem monaſterio omne ius quod in dicta decima habui penitus reſignaui Quam decimam honorabilis dominus prepoſitus Ludolfus nomine ſub titulo emptionis procarauit a dicto borchardo ſuisque fratribus et heredibus eorum pro ſexaginta marcis bremenſis argenti ad prouentus eiuſdem monaſterij perpetuis temporibus poſſidendam Ipſe vero borchardus et fratres ſui prenominati cum eorum heredibus promittentes michi Ludolfo de lo. et domino prepoſito necnon conuerſis dangmaro et arnoldo fide data, quod numquam me nec meos heredes atque ipſum prepoſitum ſiue monaſterium moleſtare ſeu inquietare uellent in decima memorata. Inſuper ſpecialibus amicis dicti monaſterij viris ſtrenuis et honeſtis videlicet Bertrammo de Haleboldeſſen, Heinrico de wetberge, Ludero de Hanenſe militibus theoderico de golterne, Syfrido de Rodhen, Hardewico de Enghellingheborſteldhe, Theoderico et Johanni fratribus dictis de herberge famulis eandem pactionem facientes ſicut ſuperius eſt expreſſum, aſtiterunt etiam in teſtimonium honeſti burgenſes in honouere cum hec pactio et emptio fieret in Cimiterio ſancti Georgij dominica die ante natiuitatem Johannis baptiſte quorum quedam eorum nomina ſunt ſubſcripta bernardus meygher hermannus et theodericus fratres dicti de Rintelen Johannes greue, Johannes de lapidea domo, Wernerus monetarius et plures alij fide digni vt autem hec rata et inconuulſa perpetuis temporibus permaneant et a poſterorum memoria non recedant, preſens ſcriptum inde confectum Ego ludolfus et borchardus cum ſigillis fecimus communiri Inſuper honeſtorum militum Ludolfi de goltorne Theoderici de godenſtede. Heinrici de wetberge. Luderi de Hanenſe, necnon famulorum Syfridi de Rodhen, Hardewici de enghellingborſteldhe

Digitized by Google

Theoderici de herberge ſigilla, preſenti pagine ſunt appenſa Datum et actum anno domini M.CCC Nono decimo kalendas Julij die dominica ante natiuitatem Johannis baptiſte.

Von neun Siegeln ſind nur vier erhalten. Das erſte iſt ein Herzſiegel des Edelherrn Ludolf von Lo.

Urk. 112.

Edelherr Ludolf von Lo entſagt mit Zuſtimmung ſeiner Söhne Otto, Johann, Ludolf, Diederich und Arnold zu Gunſten des Kloſters Barſinghauſen allen Anſprüchen an den Zehnten zu Hohenboſtel. 22. Juni 1309.

Lvdolfus nobilis dictus de lo Omnibus hanc paginam inſpecturis ſalutem in domino ſempiternam Acta modernorum idcirco priuilegijs roborantur ne vt quandoque fieri ſolet a poſteris malitioſe valeant irritari Inde eſt quod notum fieri cupio vniuerſis tam preſentibus quam futuris quod ego et filij mei videlicét Otto, Johannes, Ludolfus, Theodericus et Arnoldus cum bona voluntate et vnanimi conſenſu omne ius quod in decima homborſtelde huc uſque habuimus monaſterio ſancte Marie in bertcinghehuſen penitus reſignauimus, vt autem hec rata et inconuulſa reſignatio perpetuis temporibus permaneat et a poſterorum memoria non recedat preſentem paginam inde confectam duxi ſigilli mei munimine roborandam Datum et [1]) anno domini MCCC Nono Decimo kalendas Julij Die dominica ante natiuitatem Johannis baptiſte.

Herzſiegel des Edelherrn Ludolf von Lo.

[1]) fehlt actum.

Urk. 113.

Diederich Schele Holtgreve bezeugt, daß in den gerichtlichen Verhandlungen zwiſchen dem Propſte und der Priorinn zu Barſinghauſen und dem Prieſter Arnold Perſek, wegen Kaufes einiger Güter zu Hohenboſtel, nichts davon vorgekommen iſt, daß gedachter Propſt am Todestage der Eltern des beſagten Prieſters Dienſte leiſten müſſe. Sachſenhagen, 9. September 1309.

Honorabili viro ac diſcreto domino G. archidiacono in wnſtorpe et in alden. thi. miles dictus ſcheleholtgreue honoris et ſeruicij quantum poteſt, Sinceritati ac diſcretioni veſtre notum fieri cupio literam per preſentem quod omnibus placitacionibus terminatis inter prepoſitum et prioriſſam eccleſie in Bercinggehuſen ex parte vna et arnoldum dictum perſic ſacerdotem parte ex altera ſuper emptione tercie partis bonorum in homborſtelde expreſſum non fuit, quod prepoſitus eiuſdem eccleſie aliquod ſeruicium facere deberet in anniuerſario patris et matris eiuſdem ſacerdotis ſicut ipſe aſſerit eſſe placitatum, Sed in principio placitacionum conceptum fuit quod ſeruicium pro animabus patris et matris in anniuerſario eorum fieri deberet et quod pro bonis in homborſtelde darentur quinquaginta et quinque marce bremen̄ argenti poſtmodum vero ante terminacionem huiusmodi empcionis hec omnia immutata

Digitized by Google

fuerunt et acceptauit idem facerdos pro predictis bonis fexaginta marcas ita quod feruicium pro animabus parentum fuorum prius taxatum omnino poſtponeretur Quod preſentibus cum appenſione mei ſigilli quia hijs placitacionibus a principio vſque ad finem interfui duxi proteſtandum Datum Saſſenhagen anno M.CCC.IX in die gorgonij martyris.

Siegel abgefallen.

Urk. 114.

Edelherr Johann von Adenſen verkauft mit Zuſtimmung ſeines Bruders Friedrich dem Kloſter Barſinghauſen eine Hofſtelle in Adenſen (Kirchdorf Amts Calenberg). 1310.

Ego Johannes nobilis dictus de adenoys uniuerſis preſencia uiſuris publice proteſtor quod de bona uoluntate mea et conſenſu fratris mei domini frederici canonici in hyldenſem uendidi eccleſie in bertcinghuſen aream ſitam in adenoys pro ſex marcis perpetuo poſſidendam. vt autem hoc factum nullus poſſit infringere ſigillorum noſtrorum muniuimus appenſione Teſtes huius rei ſunt Gerrardus comes de alremunt Dominus Gotſcalcus facerdos dominus fredericus miles et Albertus famulus fratres dicti degenhuſen Conradus conuerſus et alii quam plures fide digni. Datum anno domini MCCCX.

Erſtes Siegel fehlt, zweites zerbrochen.

Urk. 115.

Graf Otto von Everſtein ſchenkt dem Kloſter Barſinghauſen den Rottzehnten zu Welſede und Deitlevſen (im Kirchſp. Hämelſchenburg Amts Hameln). Veſte Polle, 1310.

(Vergl. Urk. 86 vom 25. Mai 1303.)

Nos dei gratia Otto Comes de Euerſtene. Notum fieri uolumus omnibus audituris preſentia ſeu uiſuris quod cum conſenſu omnium noſtrorum heredum renuntiamus penitus omni iuri quod habuimus in decimis noualium uſque nunc excultorum et deinceps colendorum pertinentium ad locum qui appellatur Marke videlicet in welſce et detheleueſſen atque eccleſie ſanctimonialium in Bercinhuſen ad inſtantiam ludolfi prepoſiti ibidem conferimus propter deum vt igitur hec donatio rata et inconuulſa perpetuis temporibus perfeueret, jn huius rei teſtimonium preſens ſcriptum ſigilli noſtri appenſione duximus roborandum Datum et actum in Caſtro pollen. anno Domini MCCC. decimo.

Siegel abgefallen.

Urk. 116.

Graf Gerhard von Hallermund bezeugt, daß der Propſt Ludolf und der Convent zu Barſinghauſen dem Arnold Perſek 8 Bremer Mark für ſeine Erb-

Digitized by Google

anſprüche an den Zehnten und andere Güter zu Hohenboſtel gegeben haben.

20. December 1310.

Nos Gherardus comes ſenior dictus de halremunt vniuerſis preſencia viſuris ſeu audituris notum eſſe volumus et conſtare quod prepoſitus ludolfus necnon ſui confratres totusque conuentus clauſtrj bercinghehuſen dederunt domino arnoldo dicto perſec octo marcas bremenſis argentj pro quadam infeſtacione que wigariter dicitur Eruetal, videlicet decime et bonorum ſitorum in homborſtelde necnon pro ſentencia excommunicacionis, qua ex parte dictj clauſtrj fuerat aggrauatus ſimiliter et pro omni culpa in qua hoc ſepedictum clauſtrum atque ipſius bona que propugnare tenetur incuſare poterit aggrauando ſic quoque recedens a clauſtro memorato quod de cetero ipſum uel ſibi adherentes in aliquo nullatinus moleſtabit, Inſuper ſupraſcriptas dominus perſek nominatum prepoſitum de bercinghehuſen ſeu ſuos confratres intra uel extra ſcilicet in monaſterio ſiue in clauſtro in uilla ſiue in curia in campis pratis paſcuis atque ſiluis nec in alijs locis, que ipſius clauſtrj fuerint debet aliquatenus inpedire. In huius rej ſignum ſigillum meum preſentibus eſt appenſum. Teſtes qui huic actioni interfuerunt ſunt Tidericus plebanus in mandeſle. Richardus vos. Dominus canne. Herbordus et Harthertus fratres dictj de mandeſle. Harthertus de cramme. Gherardus de campe. Allardus clencok. Ghifelerus de hademerſtorpe milites. Roder de ghiltene Ghifeko de hademerſtorpe. Albertus dvs. Dudenſen. Ludolfus de lathuſen famulj. Johannes dictus rike. Specthenwere. Ludolfus de tote. conſules noue ciuitatis et alij quam plures fide digni Datum anno dominj Milleſimo. Tricenteſimo decimo In vigilia thome apoſtolj.

Siegel des Grafen Gerhard von Hallermund.

Urk. 117.

Graf Adolf von Holſtein und Schauenburg überträgt dem Kloſter Barſinghauſen das Obereigenthum von zwei Hufen Landes in „Bronerdeſſen“ [1]). Oldendorf (in Heſſen-Schaumburg), 16. Mai 1311.

Omnibus preſens ſcriptum cernentibus ſiue audientibus. Nos adolfus dei gratia Comes holtſacie et Scowenborch notum eſſe volumus et conſtare quod de bona voluntate et maturo conſenſu heredum noſtrorum omnium proprietatem duorum manſorum in bronerdeſſen. quorum proprietas ad nos ex parte ducis ſaxonie iure dinoſcebatur pertinere. ob honorem omnipotentis dei et pie matris eius marie contulimus eccleſie ſanctimonialium in bercinggehuſen. quiete et pacifice perpetuis temporibus poſſidendam. jn cuius noſtre donacionis teſtimonium et euidenciam dicte eccleſie preſens ſcriptum conferimus. noſtri ſigilli appenſione roboratum. Datum aldendorpe anno domini MCCC vndecima preſentibus domino Johanne buſchen milite.

[1]) „Bronerdeſſen“ findet man als Feldmark Broenſen vor Barſinghauſen, Hohenboſtel und Winninghauſen.

Digitized by Google

rotgero facerdote capellano in Scowenborch. et Godone de vningge famulo tunc temporis aduocato. et aliis fide dignis. die dominica ante afcenſionem domini.

Siegel abgefallen.

Urk. 118.

Propſt Hildebrand und der Convent zu Barſinghauſen vertauſchen der Kirche zu Hameln eine Curie und vierzig Joch zu Eimbeckhauſen (Kirchdorf Amts Lauenau) gegen verſchiedene Kirchengüter zu „Eydingehuſenn“ [1]). 5. Juni 1312.

(Nach einer Copie.)

Nos Hildebrandus prepoſitus et ylia prioriſſa totuſque Conuentus Monaſterii in Berthcingehuſenn omnibus audituris preſentia vel viſuris, in perpetuum permanſura, noſtris ſigillis munita volumus eſſe notum. quod omnem proprietatem et jus noſtre curie et quadraginta iugerum agrorum in Emichuſenn, noſtri predicti monaſterii in Berſingehuſenn, tam in locis cultis quam non cultis, cum ſingulis appendiciis et pertinenciis vniuerſis, pro qualibet proprietate et jure bonorum eccleſie Hamelenſis ſitorum in Eydingehuſenn tam in locis cultis, quam non cultis, cum eorum ſingulis appendiciis et pertinenciis vniuerſis permutauimus vnanimi conſenſu cum nobili viro domino wedekyndo prepoſito, totoque Capitulo eccleſie Hamelenſis preſate, ob utriusque eccleſie vberiorem profectum Forma ſub tali, quod eccleſiarum quelibet predictarum alterius eccleſie proprietatem dictorum bonorum perpetue poſſideat ea libertate proprietatis et juris, qua ipſam prius altera eccleſiarum, permutacione non facta pacifice poſſidebat Datum anno Domini M°CCC° Duodecimo In feſto beati Bonifacii martiris.

[1]) Vergl. Note 1 zur Urkunde vom 26. Februar 1302.

Urk. 119.

Graf Johann von Roden bezeugt, daß Bertold Perſek die Entſcheidung des zwiſchen ihm und dem Convente zu Barſinghauſen wegen der Vogtei über Güter zu Hohenboſtel obwaltenden Streites den Rittern Konrad von Winninghauſen und Th. von Landesbergen übertragen hat. Wunſtorf, 13. Juli 1312.

Nos Johannes dei gratia comes de Roden et in Wnſtorpe omnibus ad quoſ preſentes peruenerint cupimus eſſe notum quod in preſencia noſtra et aliorum ſapientum infra ſcriptorum. Bertoldus dictus perſek cauſe diffinitionem que inter ipſum parte ex vna et prepoſitum in bercinghehuſen nomine conuentus vertitur parte ex altera. ſuper quorundam bonorum aduocatia in homborſtolde. Diſcretif et honeſtis militibus domino Conrado de Winnighehuſen et thi. de lindeſberghe tamquam arbitrif vniuerſaliter commiſerunt (*sic*). vt quicquid hii duo dixerint vel dictauerint in premiſſif ratum et firmum maneat vtrobique. teſtef huius facti ſunt

Digitized by Google

dominus thi. et conradus dicti holtgreuen. thi. de ſtockem. Euerharduſ de Rethem. thi. holtgrauius iunior militeſ et alij quam plureſ fide digni In cuius rei euidenciam ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Datum Wnſtorpe. anno domini. M.CCC.XII. ipſo die margarete.

Kleines Siegel des Grafen Johann von Roden.

Urk. 120.

Der Dompropſt (Konrad) zu Hildesheim beſtimmt als vom Papſte delegirter Richter in Sachen des Propſtes Hildebrand zu Barſinghauſen und der Gebrüder Arnold und Bertold Perſek den 9. October zur Vernehmlaſſung der Beklagten. Hildesheim, 6. September 1312 [1]).

Nos dei gracia prepoſitus eccleſie hildenſemenſis iudex a ſede apoſtolica in cauſa que uertitur inter hildebrandum prepoſitum in Bercingehuſen ex vna et arnoldum ſacerdotem

---

[1]) Die desfallſigen Händel wurden bis zum 11. September 1331 fortgeführt. Am 4. December 1312 melden „Conr. nobilis de arnem et Hermannus miles dictus Hake exiſtentes in Greuenalueshagen“ dem Dompropſte Konrad zu Hildesheim, es ſei ihnen nicht gelungen, dieſen Streit zu ſchlichten, „Quia iam dicti fratres nolebant in noſtra ſentencia conſentire ſed ſolummodo et ſimpliciter facere prout in eorum literis continetur.“ (Das erſte Siegel theilweis vorhanden.) Die Einreden des Propſtes ſ. Urk. 121. Am 10. Januar 1313 befiehlt der Dompropſt Konrad zu Hildesheim dem Propſte zu Wennigſen, ein Zeugenverhör in der fraglichen Sache anzuſtellen. Propſt Bruno zu Wennigſen befiehlt am 18. Januar (Priscae virg.) dem „plebanus Wil. in Kerctorpe“ (Kirchdorf im Amte Wennigſen), die Zeugen auf den 23. Januar (in crastinum b. Vincentii mart.) zu citiren. Am 1. Februar (Vigil. purif. Mar.) weiſt Dompropſt Konrad zu Hildesheim dem Arnold Perſek den 5. März (feriam 2 post domin. invocauit) als den einzigen und letzten Termin an. Am 13. Juni melden Dompropſt Konrad (als judex) und die Canonici Friedrich von Adenſen und Bernhard von Hardenberg zu Hildesheim (als arbitrj) dem Propſte Johann zu Barſinghauſen: „Cum in cauſa que vertitur inter uos et eccleſiam in bercingehuſen ex vna necnon arnoldum et fratrem ſuum bertoldum dictos perſic parte ex altera in nos tamquam in arbitros fuerit compromiſſum et plures iam terminos vobiſ et eccleſie veſtre aſſignauimus ad inſtanciam procuratoris veſtri et de conſenſu partis aduerſe iterum ipſum terminum prorogauimus uſque in ſecundam feriam poſt feſtum apoſtolorum petri et pauli (2. Juli) ad diffinitiuam ſententiam audiendam ſcientes ſiue venieritis ſiue non ſententiam arbitrij pronunciabimus ſecundum conſilium diſcretorum Datum et actum anno Domini MCCC.XIII poſt Dominicam trinitatis feria quarta.“ (Drei Siegel anhangend.)

Eine Vertagung dieſes Termins auf den 16. Juli ſ. in der Urkunde vom 2. Juli 1313. — Am 19. November (feria ſecunda poſt octavam ſ. martini) beurkundet Dompropſt Konrad zu Hildesheim, daß „dictuſ arnolduſ (de perſic) ſaluo iure prepoſiti (de berchinhuſen) fratrem ſuum bertoldum procuratorem iure ſuum coram nobiſ conſtituit aput acta et poſt multaſ altercacioneſ habitaſ

Digitized by Google

ac bertoldum fratres dictos perfec parte ex altera delegatus recognoſcimus quod comparentibus coram nobis predictis actore proponente et reo petente copias et libellum, Nos iudex predictus reo ad exipiendum contra actores reſcriptum et libellum ipſum diem beati Dyonifii pro termino peremptorio aſſignamus. Datum Hildenſem Anno domini M°. CCC°. Duodecimo feria quarta poſt egidii.

Siegel zerbrochen.

---

conſenſerunt parteſ hinc inde quod per militeſ de indagine comitif adolfi [2]) videlicet conradum nobilem de arnem ludolfum de condere et dominum dictum haken ſuper peticioni (*etc*) dictorum fratrum coram nobif propoſita contra prepoſitum ſecundum documenta partif utriuſque per predictoſ militeſ pronunciatum foret amicabiliter vel in iure deberet firmum et ſine contradictione aliqua obſeruari et ſi hoc factum non fuerit infra hinc et proximam feriam ſecundam ante diem beate lucie virginif nunc inſtantem extunc eiſdem ſecundam feriam quam pro termino preſiximus parteſ coram nobif redibunt ad iudicium ad faciendum quod nunc fuerat faciendum actum et datum anno et die predictiſ. (Siegel des Dompropſtes.)

[2]) »comes adolfus« iſt Adolf von Schauenburg, und »indago comitis adolfi« iſt Greuenalueshagen, jetzt Stadthagen genannt.

Urk. 121.

Einreden des Propſtes Hildebrand zu Barſinghauſen gegen die als Kläger gegen ihn aufgetretenen Gebrüder Arnold und Bertold Perſek. Ohne Jahr [1]).

Coram nobis domino. prepoſito eccleſie hildenſemenſis iudice a ſede apoſtolica delegato in cauſa que uertitur inter me hildebrandum prepoſitum in berkinhuſen ex vna, et Arnoldum Sacerdotem et bertoldum Laycum fratres dictos perfec parte ex altera, Ego hildebrandus prepoſitus nomine meo ac mei monaſterii excipiendo propono contra predictos Arnoldum et Bertoldum actores, primo contra Arnoldum Sacerdotem quod agere non poteſt nec perſonam habet ſtandi in iudicio nec per ſe nec per procuratorem cum ſit excommunicatus ex hoc quod manus violentas iniecit in conuerſum vſque ad ſanguinis effuſionem et per conſequens cum prophanaret diuina ſit in maiori irregularitate pro vt in litteris domini epiſcopi ſui dyocefani ſuper hoc confectis plenius continetur et poſſunt proponi qualibet parte latis et in hac excommunicacione litteras procurauit que non ualent cum ſint inpretate ab excommunicato, et hec probantur extra, de procurat. cap. conſulti et extra de excommun. cap. exceptionem. Item contra Bertoldum Laycum excipiendo propono quod probatur extra de rerum cap. Cum adeo vbi dicitur quod littere apoſtolice. ſint cum tanta cautela inpetrande ut in nullo reperiantur mendaces, Idem Bertoldus tacita veritate et falſi-

---

[1]) Ein Termin zur Vernehmlaſſung über dieſe Einreden iſt am 12. December (feria tercia poſt dominicam qua cantatur populus ſyon) 1312 auf den 10. Januar 1313 anberaumt.

Digitized by Google

tate ſuggeſta ſe mentitur clericum cum clericus non ſit nec in clericum tonſuratus vt extra de tranſact. cap. ex literis ergo tanquam mendax precator carere debet inpetratis extra de rerum cap. ſuper litteris, cum proteſtacione ſi poſthec recipiat tonſuram, quod principium in talibus eſt conſiderandum vt extra de elect. cap. Dudum vbi de hoc et i queſt. 1. principatus Peto ergo reuerende domine iudex vt auctoritate iſtarum racionum me abſoluatis ab inſtancia iſtorum ipſis perpetuum ſilencium inponendo et vt mihi ipſos condempnetis in expenſis ſicut probatur. extra. de dolo et cont. in fine vbi notatur.

Urk. 122.

Propſt Hildebrand, Priorinn Hylia und der Convent zu Barſinghauſen thun kund, daß das aus einem Hauſe zu Barſinghauſen jährlich zu liefernde Wachs zu Lichtern verwendet werden ſoll. 26. December (17. kalend. Jan.) 1312.

Siegel unkenntlich.

Urk. 123.

Johann und Erich, Herzöge von Sachſen, übertragen dem Kloſter Barſinghauſen das Obereigenthum von zwei Hufen Landes in „Bronerdeſſen“ [1]). Möllen, 2. Juli 1313.

Dei gratia Nos Johannes et Erichus Duces Saxonie angarie et weſtphalie preſentibus recognoſcimus publice proteſtantes, quod ob diuine remuneracionis intuitum dedimus eccleſie ſanctimonialium in Bercingehuſen proprietatem duorum manſorum ſitorum in bronerdeſſen omni iure quo ipſam hucuſque tenuimus perpetuo poſſidendam in cuius donacionis teſtimonium preſens ſcriptum noſtris ſigillis dedimus roboratum. Datum Molne. anno Domini M.CCCXIII in feſto martirum proceſſi et marcj.

Zwei runde Siegel in weißem Wachſe an Pergamentſtreifen: 1. Herzſchild mit Helm und Helmſchmuck. 2. ſitzende Figur des Herzogs Erich mit Falken und Jagdhund, nebenbei ein Herzſchild mit Helm und Helmſchmuck und der Umſchrift: S. Erici conda filii Johis ducis Saxonie.

[1]) S. Note 1 zu Urkunde 117 vom 16. Mai 1311.

Urk. 124.

Dompropſt Konrad und die Canonici Friedrich von Adenſen und Bernhard von Hardenberg zu Hildesheim beſtimmen in der Sache zwiſchen dem Kloſter Barſinghauſen und den Gebrüdern Perſek, wegen der Vogtei zu Hohenboſtel und insbeſondere zur Eidesbekräftigung durch den Propſt, daß eine Hufe

Digitized by Google

zu „Elezcefe“ [1]) zum Amte Hohenboſtel gehöre und der Convent an einem Hauſe zu Barſinghauſen berechtigt ſei [2]), — einen anderweitigen Termin auf den 16. Juli. 2. Juli 1313.

(Vergl. Urk. 152 vom 6. April 1327.)

Nos dej gratia Conradus prepoſitus Hylden. judex vnicus a ſede apoſtolica delegatus fredericus de adenoys et Bernhardus de Hardenberch arbitrj in cauſa que inter prepoſitum Sanctimonialium in Bercingehuſen parte ex vna necnon arnoldum Sacerdotem et fratrem ipſius Bertoldum dictos perſek parte ex altera uertitur dictis partibus coram nobis conſtitutis feriam ſecundam proximam poſt feſtum beatorum apoſtolorum Petri et Pauli prorogauimus de conſenſu parcium in craſtinum dinifionis apoſtolorum ad faciendum tunc quod prefens terminus requirebat videlicet quod tunc pronunciabimus diffinitiuam ſententiam ſuper aduocacia in Homborſtolde et ſpecialiter quod prepoſitus predictus ſuo iuramento confirmet quod manſus vnus in Elezcefe ſitus ſuper quo dictj fratres mouent queſtionem pertineat ad officium honborſtelde, et in domo vna in Bercingeh. ſita poſt mortem Margarete de Honborſtolde, Conuentus Sanctjmonialium prefatus pocius ius habeat quam fratres prenominatj. Actum et Datum anno domini MCCCXIII In die Proceſſi et martinianj martirum.

---

[1]) „Elezcefe“ iſt nicht das jetzige Elze, es lag im „Elzerfelde“ bei Landringhauſen, Großen-, Nord-Goltern und Barſinghauſen. Eine Holzung ſoll jetzt auf der wüſten Dorfſtätte ſtehen.

[2]) Der Propſt Johann leiſtet den verlangten Eid am 16. Juli 1313: — „teſtes ſunt Bernhardus de Hardenberge, otto de valkenſtene, Canonici maioris eccleſie antedicte, et harthertus ſcolaſticus Sancti andree ibidem, nec non Bodo de wolthorpe. miles, et alii quam plures clerici et layci fide digni Actum et Datum Hildenſem anno et die predictis. (Siegel zerbrochen.)

Urk. 125.

Ritter Konrad von Winninghauſen entſcheidet den Streit zwiſchen dem Grafen Johann von Wunſtorf und Bertold Perſek, wegen der Vogtei des Amtes zu Hohenboſtel. 13. Auguſt 1313.

Ich her Conrad van vennigehuſen eyn riddere tuge an minen openen breue dat min herre greue Johan van Wnſtorpe op eyne ſiden, vnt bertolt perſich op de anderen ſiden weren ſcelhachtech vmme de vogedie deſ ammichtes to homborſtole, went des ammichtes de tuene del de ſolue greue Johan van wnſt. coſte weder den ſoluen bertolde perſich mit aller ſclachter nut alſe ſin vader ſe hadde ane dridde halue houe des ammichthoues to homborſtole de de ſolue perſich vnde ſin broder to lene hedden van den van goltorne vnde eynen man to bertſigehuſen vnde eynen man to homborſtolde, de tuene man horden in dat ammicht nicht. De driddehaluen houe des meygerhoues to homborſtole de lende me heren hildebolde vnde Conrade des greuen broderen alſo lange het men de lemwere konde weruen Nu ſprac

perſich ſo de vogedie were ſin he hedder[1]) nicht vor coſt, de greue ſprac, he hedde dat ammicht coſt mit aller ſclaten nyt, tuiſchen den tuen reden hebben ſe eynes rechtes to mi gan, dat bebich ſo geſcepden, na erer beyde willore. Den coph des ammichtes den he de ſeken hebbe jar vnde dach ane rechte diſprake wicher[2]) bande nyt de ſelue bertolt de ſprecke eder vor ſeke dat de ſohte greue dat moge beſolden mit ſiner dridden hant den ith eme de ſolue bertold moge overſeken. Hir over heft de weſen her thideric van ſtokum her hildebolt, vnde her lambert van Selden, ridder vnde ander lude noch. Dith is ghe ſcen na godesſbort duſent iar dre hundert iar jn deme dre tegneme iare in dacke ſancti ypolici.

[1]) »hedder« für hedde et »hätte ſie«.

[2]) »wicher« für wilker oder welker.

Urk. 126.

Graf Johann von Roden und Wunſtorf beurkundet, wie Konrad von Winninghauſen als Schiedsrichter in dem Streite des Kloſters Barſinghauſen gegen Bertold Perſek wegen der Vogtei zu Hohenboſtel dieſen Streit geſchlichtet hat. 24. Auguſt 1313.

Nos dei gratia Johannes Comes in Wnſtorpe et de Rodhen Omnibus audituris preſentia ſeu viſuris notum eſſe volumus quod coram nobis Wnſtorpe cauſa diſcordie de inpetitione aduocatie in homborſteldhe inter monaſterium berzingh vna et bertoldum perſicum ad diſcutiendum, ſuper Conradum militem dictum de Winnigh eſt dimiſſa, qui tale inuenit medium ſuper iſta, quod ipſe tercius deberemus optinere iuramentis quod dictam aduocatiam in Homborſteldhe cum Ceteris bonis ad ipſam pertinentibus emiſſemus libere et ſolute. Cum quidem ad hoc expoſiti et pariti eſſemus iuramenta facere, nos pluribus probis viris aſtantibus habuit ſupportatos vt autem hec actio rata et inconuulſa permaneat et ne ab aliquo in poſterum infringatur, noſtrum ſigillum et ſigilla videlicet Theoderici de Rockem et lamberti de ſelde militum atque nobilis viri Ludolfi de Lo famuli In huius rei teſtimonium preſentibus ſunt appenſa. Datum anno domini M.CCCXIII in feſto bartholomei apoſtoli

Siegel des Grafen Johann von Wunſtorf, der Ritter Diederich von Stöckheim und Lambert von Selde und des Edelherrn Ludolf von Lo.

Urk. 127.

Die Gebrüder von Goltern reſigniren dem Biſchofe Gottfried zu Minden ſechs Hufen Landes in „Helmercingchuſen“[1]). 11. November (h. Martini) 1313.

Ein Siegel anhangend.

[1]) Obiges »Helmercingchuſen« wird im Helmerfelde bei Egeſtorf (im Kirchſpiele Barſinghauſen) gelegen haben.

Digitized by Google

Urk. 128.

Das Kloſter zu Braunſchweig errichtet mit dem Kloſter Barſinghauſen eine Brüderſchaft. 24. November 1313.

Johannes cuſtos, Ceterique confratres Sacerdotalis confraternitatis in Brunefwich Omnibus ad quos preſens ſcriptum peruenerit, Oraciones in chriſto ſalutares, Quoniam oracio et ſingula pietatis opera in ſui participacione non minuuntur, ſed fructus eorum et effectus integer in ſingulis inuenitur, Ideoque merito redarguitur pietatis defectus ſi in illis rebus communicandis aliqua feruetur parcitas in quarum diſtribucione non uiolatur integritas, Hinc eſt quod uolumus eſſe notum quod quedam vnio inter nos et dominum prepoſitum ac ſanctimoniales Monaſterii in Berciggehuſen eſt taliter ordinata, quod ipſi et ſuccеſſores noſtri confratres et ſorores ſunt, et participes debent eſſe omnium et ſingulorum bonorum operum tam in vita quam in morte que in confraternitate noſtra nunc et in perpetuum operari dignabitur clemencia ſaluatoris, Et e conuerſo nos et noſtri Succeſſores ex nunc et in perpetuum confratres et ſorores ſumus ipſorum, et participes debemus eſſe omnium et ſingulorum bonorum operum in uita pariter et in morte que in congregacione eorum fiunt et fient in perpetuum ad laudem domini noſtri ihеſu chriſti, In quorum omnium euidens teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum, Datum Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo Tercio decimo Octauo Kalendas Decembris.

Siegel abgefallen.

Urk. 129.

Propſt Johann, Priorinn Gertrud und der Convent zu Barſinghauſen thun kund, daß Mechthilde Rumeſcotele und deren Sohn Johann ihnen drei Hufen Landes zu „Velzethe“ [1]) zu ihrem Seelenheile geſchenkt haben. 14. April 1317.

Johannes prepoſitus, Gher prioriſſa totuſque conuentus ſanctimonialium conuentus in Bercyngehuſen, Omnibus hoc ſcriptum viſuris vel audituris cupimus eſſe notum, Quod domina Mechtyldis Rumeſcoteleſche et filius ipſius Johannes conuerſus in Lucka, pro remedio animarum ſuarum et parentum ſuorum, tres manſos in Velzethe cum omni vſufructu eccleſie noſtre dederunt, tali autem condicione adiecta, Quod cereus de predictis manſis et reditibus eorundem debet comparari, Qui ſingulis diebus ad priorem miſſam et ad ſummam debet incendi, Inſuper coniectum eſt, quod vnicuique dominarum noſtrarum dabuntur decem et octo denarii de prefatis manſis infra feſtum paſche et penthekoſtes, pro lineo panno qui dominabus noſtris dari conſueuit, Item quacunque die ſupra dicti denarii dominabus noſtris dantur, tunc memoriam predictorum Mechtildis et Johannis et parentum ſuorum peragere debent,

[1]) Im Felde bei Nonnenberg (im Amte Wennigſen) belegen.

Digitized by Google

vt autem hec inuiolabiliter obseruentur, presentem litteram sigillo nostri conuentus fecimus communiri, Datum anno domini Millesimo tricentesimo decimo septimo, Decimo octauo Kalendas Maij.

Siegel des Klosters Barsinghausen.

Urk. 130.

Jacob, Vice-Archidiakon zu Pattensen, thut den Diederich Albert zu „Werbeke“ wegen seiner Eingriffe in die Kirchengüter zu Barsinghausen in den Bann. 4. April (Ambrosii) 1318.

Urk. 131.

Graf Johann von Roden und Wunstorf überträgt mit Zustimmung seiner Söhne Ludolf und Johann dem Kloster Barsinghausen den Zehnten von drei Hufen Landes, zum Rennehof genannt, zu Hohenbostel gehörig, welche ihm Edelherr Ludolf von Lo resignirt hat. 6. August 1319.

Johannes dei gratia Comes de Rodhen et in Wnstorpe omnibus hoc scriptum uisuris seu audituris salutem in domino sempiternam. Cum de rebus gestis grandis emergat calumpnia nisi scripturarum testimoniis fuerint perhennate. Igitur vniuersi christi fideles nouerint tam posteri quam presentes quod cum Ludolfus de Lo nobilis decimam super tres mansos ad curiam wigaritor dictam rennehof pertinentem sitam in Homborstele quam a nobis in pheodo habuit libere resignasset nobis et renunciasset penitus omni iure quod habuit in eadem. Nos accepta huiusmodi resignacione cum consensu et uoluntate dilectorum filiorum Ludolfi et Johannis ac aliorum omnium nostrorum coheredum ipsam decimam. cum omni jure quod in ipsa habemus uel in posterum habere poterimus. dedimus et presentibus damus ecclesie beate marie in Bersigehusen propter deum. et sue genitricis reuerentiam pacifice perpetuo possidendam. vt nostra ac nostrorum progenitorum memoria in dicta ecclesia deuocius peragatur. In huius rei testimonium nostrum Sigillum presentibus est appensum. Datum anno domini MCCC.XIX ipsa die beati Syxti.

Siegel des Grafen Johann von Roden.

Urk. 132.

Die Gebrüder Huner, Paradin und Ludolf von Knesebeck verkaufen dem Kloster Barsinghausen ihre Curie zu Nord-Goltern (Kirchdorf Amts Wennigsen) für 70 Mark. 1320.

(Vergl. nachstehende Urk. 133 de 1320.)

Neun Siegel.

Digitized by Google

Urk. 133.

Graf Gerhard der Aeltere von Hallermund und deſſen Söhne Ludolf, Heinrich und Otto übertragen dem Kloſter Barſinghauſen das Obereigenthum der Kneſebecker Curie zu Nord-Goltern (Kirchdorf Amts Wennigſen). 1320.

(Vergl. die vorſtehende Urkunde 132 de 1320.)

Nos Gerhardus dei gratia Comes de halremunt. senior. Ludolfus. Henricus et Otto filij eius Notum esse cupimus tam presentibus quam futuris. quod domino preposito. prioriſſe totique conuentui sancte Marie virginis in Bercigehusen proprietateni Curie in nortgoltorne site quatuor manſorum. Casarum cum omni iure et vtilitate tam in villa quam in Camporum siluis. pratis paſcuis nemoribus et aquarum habundantiis qvam famuli. hunerus paradinus. ludolfus fratres dicti de knesebeke a nobis sub feodali poſſiderunt. (*sic*) tytulo dimiſimus et perpetuis temporibus dimittimus per presentes Ne super hac dimiſſione noſtris in posterum heredibus dubietatis oriatur scrupulus presentes noſtri sigilli robore fecimus communiri. Teſtes sunt huius Wibrandus et Bertoldus milites de reden et alii fide digni. Datum anno dominj M. CCC. XX.

Siegel der Grafen Gerhard und Ludolf von Hallermund.

Urk. 134.

Graf Gerhard der Jüngere von Hallermund und ſeine Söhne Wulbrand und Otto übertragen dem Kloſter Barſinghauſen das Obereigenthum der Kneſebecker Curie zu Nord-Goltern. 1320.

(Vergl. die vorſtehenden Urkunden 132, 133 de 1320.)

Nos Gerhardus dei gratia Comes de Halremunt junior Wibrandus et Otto filii eiuf Notum esse volumus quibus hec litera dabitur legenda uel recitabitur audienda quod Domino prepoſito. prioriſſe Totique conuentuj glorioſe virginis marie in bercigehuſen proprietatem Curie quatuor manſorum. seu casarum in nortgoltorne ſitarum cum omni iure et vtilitate attenentiis ad eandem pertinentibus tam in villa qvam camporum. siluarum nemorum aquarum qvam famuli hunerus. paradinus. ludolfus et Johannes fratres dicti de knesebeke a nobis actenus sub feodali poſſiderunt tytulo dimiſimus et perpetuis temporibus dimittimus per presentes; et ut huiusmodi donatio inviolabilis permaneat et ne aliquis noſtrorum heredum de hac dimiſſione moueat queſtionem ſcriptum vode confectum noſtri sigilli munimine roboramus Teſtes sunt huius Wibrandus et Bertoldus Milites de Reden Datum anno dominj M. CCC. XX.

Siegel des Grafen Gerhard von Hallermund.

Digitized by Google

Urk. 135.

Propſt Johann, Priorinn Chriſtine und der Convent zu Barſinghauſen bekennen, daß Adelheid Wittwe des Grafen Wulbrand von Hallermund berechtigt iſt, die Hälfte der Revenüen aus der Kloſter-Curie zu Nord-Goltern als Leibrente zu erheben. 3. Mai 1320.

Dej gratia nos Johannes prepoſitus, Criſtina prioriſſa totusque conuentus monialium monaſterij ſancte Marie virginis in Bertzinghehuſen, vniuerſis preſencium inſpectoribus ſalutem in illo qui neminem wlt perire. Notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris, alheydim nobilem Comitiſſam in Halreſprig et relictam Wulbrandj domicellj de Halremunt pie memorie, tollere ex voluntario conſenſu noſtro dimidietatem prouentuum cunctorum vnius curie noſtre in Nortgolterne, videlicet de quatuor manſis, ibidem ſituatis et de quadam caſa dimidietatem penſionis ad eandem curiam pertinentis, ſolum et non alias temporibus ſue vite, vniuerſorum quoque vſufructuum quos dicta curia habet vtrobique in campis, pratis paſcuis atque ſiluis Ne uero alicuj ex iſto dubium oriatur et ne praua ſucceſſio hoc factum temere deleat et confundat, preſens ſcriptum conſcribi fecimus et ſigillo noſtri monaſterij firmiter roborarj Datum et actum anno gratie, Millesimo Tricenteſimo viceſimo. in Iauencione ſancte crucis dominj noſtrj ihesu criſti.

Siegel des Kloſters Barſinghauſen.

Urk. 136.

Propſt Johann, Priorinn Chriſtine und der Convent zu Barſinghauſen bekennen ſich für die Auskünfte aus zwei Huſen zu Nord-Goltern pflichtig zur Feier des Todestages der Gräfinn Adelheid von Hallermund und der Memorien ihres Gemahls Wulbrand von Hallermund, ihres Vaters Johann von Adenſen und ihrer Mutter Gertrud. 3. Mai 1320.

Uniuerſis chriſti fidelibus nos Johannes dej gratia prepoſitus, Criſtina prioriſſa totusque conuentus ſanctimonialium Monaſterij Bertzinghehuſen dilucide recognoſcimus in his ſcriptis. Quod tenemur peragere fideliter et volumus ex intimo cordis affectu, anniuerſarium nobilis domine alheydis, Comitiſſe in Halreſprig, pie memorie, de fructu duorum manſorum in Nortgolterne ſitorum, in recompenſum elemoſinarum, quas nobis intuitu diuine miſericordie erogauerat, ad eoſdem manſos noſtro predicto monaſterio comparandos, in cunctis piis operibus quibus anime fidelium in ſuis purgatorijs conſolantur et precipue, anime ſpecialium amicorum, Inſuper et ſingulariter celebrabimus in memoria Wulbrandum domicellum de halremunt eiuſdem alheydis legitimum, Dominum Johannem de adenoys ſuum patrem, Dominam Ghertrudim eius matrem ſimiliter et totam propaginem dominacionis Adenoys et Halremunt, ita vt iugis memoria omnium predictorum ſit apud nos ſicut decet perpetuis temporibus

Digitized by Google

duratura, hac eciam condicione appofita, quicquid talis fructus prenominatus promptorum denariorum foluere poterit, pro illis prout forum exquifierit debet vendj et mutarj, et integraliter diuidj, primum et maxime inter Dominos noftri clauftrj cum quibus eciam facerdotes capellanj noftrj, aliqualem capiant porcionem, conuerfi quoque curie noftre et conuerfe uel forores fiant participes cum eifdem, vt fimiliter omnium iftorum precibus et alijs operibus bonis letificentur anime memorate, Ne autem hec actio ab aliquibus fucceffioribus infringatur in pofterum, prefentem literam figillj noftri conuentus firmauimus munimento. Datum In inuencione fancte crucis anno dominj M.CCCXX.

Siegel des Kloſters Barſinghauſen.

Urk. 137.

Propſt Otto, Dechant Hermann, Scholaſter Otto und das Capitel zu Hildesheim verpachten dem Convente zu Barſinghauſen fünf Hufen Landes zu Arnum (im Kirchſp. Wilkenburg Amts Calenberg) **für einen an den Obedienziar zu Lopke zu zahlenden Zins. Hildesheim, 24. Februar 1322.**

Dei gratia. Nos Otto prepofitus. Hermannus Decanus. Otto feolafticus Totumque Capitulum eccleſie Hildenſemenſis preſentibus proteſtamur. Quod quinque manſos, ſitos in Campis uille ernum, ſicut eos miles ſtrenuus, Johannes de alten. et ſui fratres, a nobis jure tenuerant cenſuali. in chriſto ſinceris prepoſito et conuentui, in Bercinghehufen, locauimus in hunc modum. Quod prepoſitus et Conuentus iam dicti. ad ſolucionem. Triginta et vnius. ſolidorum Denariorum Hildenſemenſium nouorum teneantur. loco cenſus, de eifdem manſis obedientiario in Lobeke. qui pro tempore fuerit. expedite. in feſto beati Michaelis anno quolibet. faciendam. In quorum teſtimonium. Eccleſie noſtre figillum. apponendum duximus huic ſcripto. Datum Hildenſem. anno domini M.CCCXX°II Die cinerum in noſtro Capitulo generali.

Siegel des Capitels zu Hildesheim.

Urk. 138.

Propſt Johann, Priorinn Rixa und der Convent zu Barſinghauſen verkaufen dem Bürger Hildebrand zu Scherle eine Kornrente aus fünf Hufen Landes zu Arnum auf Lebenszeit. 25. März 1322.

(Nach einer Copie.)

Chriſti fidelibus vniuerſis Dei gratia nos Johannes prepoſitus Rikeſſe prioriſſa Collegiumque locius conuentus in Berſinghehufen publice recognoſcimus in hiis ſcriptis quod rite vendidimus vnamiter confenciendo Hildebrando Ciui in Scherle, Solum et uxori eius ghermodi dimidium plaufirum filiginis datiue annone, quod Marketgheue denotat pro viginti marcis bremenſibus, quod ipſius Honouere preſentabimus annuatim a nobis Tulendo folummodo tem-

Digitized by Google

poribus sue vite hac condicione apposita si annona in sitibus ville ernem vnde eisdem dare Tenebimur videlicet de quinque nostris mansis, lesione grandinis, incendio fulguris, aquarum inundacione, murium rosione siue quouis alio genere destructionis periclitabitur quod deus auertat dictis personis aliam semper in loco prehabito scilicet Honouere sub festo mychaelis dabimus eque bonam. In super ipsis mortuis memorata annona ad nostrum Monasterium libere reuertetur. empcio quoque et Totalis presens actio Tunc anichilabilitur penitus ad Cassatur. Extunc autem vt exnunc participes erunt in morte omnium bonorum que pro defunctis per nostrum Collegium dignabitur fieri clemencia saluatoris. In euidenciam Huius rei sigillum monasterii nostri presentibus est appensum. Datum anno gracie M°CCC°XXII quinta proxima feria ante dominicam letare iherusalem.

Urk. 139.

Knappe Giseke von Venredere verkauft dem Kloster Barsinghausen eine Hofstelle mit 14 Acker Landes zu Nord-Goltern. Wunstorf, 13. November 1322.

Nos Giseke famulus dictus de uenredere vniuersis presencia visuris seu audituris cupimus fore notum publice protestando quod Nos de pleno consensu omnium nostrorum verorum heredum vnam aream sitam in nortgolteren cum quatuordecim iugeribus cum omnibus appendiciis eorundem videlicet pratis pascuis et nemoribus ac aliis vniuersis vendidimus pleno jure pro decem marcis cum dimidia bremensis argentj conuentuj sanctimonialium monasterii in bercingehusen vt autem hec firma et inconuulsa permaneant nostro sigillo presens scriptum duximus roborandum. Et quia Nos Johannes dej gratia comes in roden et in wnstorpe cum aliis pluribus fidedignis videlicet hildebrando de lente et Johanni de rentelen canonicis wnstorp conrado militj dicto holtgreue alberto dicto de ebingehusen Jordano dicto de eckere hartmanno quoque dicto Scelen famulis huic emptioni et venditionj interfuimus ad petitionem vtriusque partis nostrum sigillum apponj fecimus huic scripto in testimonium omnium premissorum Datum et actum in Wnstorpe anno domini M.CCC.XXII ipso die beatj brictij confessoris.

Siegel des Gieseke Venreder und des Grafen Johann von Wunstorf.

Urk. 140.

Die Gebrüder von Winninghausen begeben sich zu Gunsten des Klosters Barsinghausen aller Ansprüche an drei Hufen Landes und einen Oberhof in „Sperse“ [1]. 29. Juni 1323.

(Abgedr. bei Scheidt v. Adel S. 352. — Vergl. nachstehende Urk. 141 und Urk. 178 vom 28. October 1333.)

Nos Conradus Arnoldus. Gherardus. Hynricus Bode fratres famuli dicti de Wynnighusen recognoscimus in presenti litera nostris sigillis pariter communita, quod quicquid pro-

[1]) Der Ort „Sperse“ lag in der Feldmark vor Gehrden, Amts Wennigsen.

Digitized by Google

prietatis seu juris pheodandi hactenus habuimus in tribus mansis et vna sua curte sitis in Sperse quorum possessionem Johannes famulus de Ouenstede cum consensu omnium quorum intererat vendidit domino .. preposito Totique conuentui .. Ancillarum christi in bercighusen degentium sicut nobis constat benevole dimisimus libere et damus per presentes litteras prescriptis .. preposito et .. conuentui, cum omni fructu et vtilitate perpetuo possidendum. Ita quod hoc sine omnium nostrorum impedimento in sue ecclesie vtilitatem secure possint conuertere sicut placet ad sue libitum voluntatis. Insuper predictos .. prepositum et conuentum pre omnibus huius proprietatis donacionem impetentibus warandabimus, quotiens et quando aut ubi fuerimus requisiti communiter vel diuisim, prout prefatis .. preposito ac conuentui, Nec non ad manus eorundem, domino Lamberto Militi de Lancredere. Hynrico dicto Seldenbut. Thyderico dicto Karreboom data fide promisimus vna manu et promittimus per presentes litteras hec omnia et singula firmiter obseruanda. Ceterum Nos Rychardus Miles dictus Post, Bodo de vwinge, Artus de Negenborne, Olricus de winnighusen famuli contestamur quod si quis defectus in premissis inuentus fuerit quod absit. et Nos proinde moniti fuerimus, illum defectum sepedictis preposito etc. in toto restaurabimus sine sorte. prout eciam eisdem in solidum promisimus data fide et vna manu promittimus litteras per presentes nostris sigillis infimul roboratas. Testes huius nostre dimissionis proprietatis sunt dominus borchardus Canonicus ecclesie sancti Ansarij bremensis et Helmicus suus frater. Thydericus de Scerle. wernerus de owenstede Arnoldus Honebic. et alii quam plures fide digni ad hoc specialiter conuocati. Datum per manum Johannis de Bersen anno dominice incarnationis. M°. CCC°. XXIII. In festo beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Neun Siegel der fünf Gebrüder von Winninghausen (mit einem wachsenden Widder im Schilde) und ihrer Bürgen.

Urk. 141.

Die Gebrüder von Winninghausen resigniren dem Grafen Gottschalk von Pyrmont drei Hufen Landes nebst einem Hofe in „Sperse". 29. Juni 1323.

(Abgedr. bei **Scheidt** v. Adel. S. 352. — Vergl. die vorstehende Urk. 140.)

Viro Nobilj ac suo domino gratioso domino Godefcalco. Comitj de Peremunt. Conradus arnoldus Gherardus Hynricus Bode fratres de Winnighusem debite fidelitatis constantiam cum affectu Gracie vere Reuerende ac gracioſe Reuerentie tres mansos et suam curtem sitos in Sperse cum omnibus attinentijs tam intra quam extra villam quos a vobis hactenus in pheodo habuimus et Johannes famulus dictus de Ouenstede a nobis vltra tenuit quondam inpheudatus beniuole et amice resignamus literas per presentes vobis tranſmissas in testimonium super eo. Datum sub nostris sigillis anno domini MCCCXXIII. In festo beatorum, apostolorum petrj et paulj.

Fünf Siegel der Gebrüder von Winninghausen.

Digitized by Google

Urk. 142.

Graf Adolf von Holſtein und Schauenburg überträgt mit Zuſtimmung ſeiner Brüder Gerhard und Heinrich dem Kloſter Barſinghauſen das Obereigenthum von vier Hufen Landes und einer Hofſtelle zu Hülſede, welche ihr Lehnträger Ritter Johann von Poſt ſammt dem Zehnten in Meinſen dem Kloſter für das Dorf Herkendorf (im Kirchſp. Hemeringen Amts Hameln) und 28 Bremer Silbermark verkauft hat. 11. Juli 1323.

(Vergl. die nachſtehende Urk. 143.)

Nos Adolfus dej Gratia Comes Holtzatie et in Scowenborch recognoſcimus in preſenti littera noſtro ſigillo munita Quod vna cum conſenſu et uoluntate Gherhardj et Herici noſtrorum fratrum dilectorum ceterorumque noſtrorum legitimorum heredum ad honorem glorioſe virginis Marie et in remedium anime noſtre proprietatem quatuor manſorum cum ipſorum area ſiue caſa ſitorum in hulſede cum pleno iure pheodj et vtilitate omnimoda tam intra quam extra villam quo vel qua nos aut noſtri predeceſſores de iure vel conſuetudine poſſedimus eoſdem. donauimus et donamus literas per preſentes domino prepoſito prioriſſe Totique Conuentui ancillarum chriſti in Bercinghehuſen degencium quoſque johannes miles dictus poſt a nobis in pheodo quondam tenuit et poſſedit. modo vero idem iohannes eoſdem quatuor manſos cum tota decima in Meynerdeſſen pro tota villa herekendorp cum omnj iure quo ipſam hucuſque poſſiderunt et Octoginta et octo marcis bremenſis argentj ſibi totaliter perſolutis prefcriptis prepoſito prioriſſe totique conuentui prout nobis conſtat. ſponte ſua, ſana mente vendidit et dimiſit libere et perpetue poſſidendos jta quod predicti prepoſitus prioriſſa et Conuentus proprietatem aut poſſeſſionem dictorum bonorum pariter vel diuiſim vltra poterunt vendere conferre alterj aut conuertire ſecundum proprium placitum in eccleſie ſue vſus. Datum et actum Anno domini Milleſimo Trecenteſimo viceſimo tercio Quinto jdus Julij.

Reiterſiegel des Grafen Adolf von Schauenburg mit einem Rückſiegel, welches nur einen Helm mit Federn und Fahnen vorzuſtellen ſcheint.

Urk. 143.

Biſchof Gottfried zu Minden beſtätigt den Verkauf von vier Hufen Landes zu Hülſede (Kirchdorf Amts Lauenau) und des Zehntens zu Meinſen (im Kirchſp. Hülſede). 11. Juli (V. Id. Julii) 1323.

(Vergl. die vorſtehende Urk. 142.)

Urk. 144.

Pfarrer Rotbert zu Völkſen (Amts Springe) verkauft dem Kloſter Barſinghauſen

Digitized by Google

drei Aecker zwiſchen Lüderſen (im Kirchſp. Bennigſen Amts Calenberg) und „Disbere“ [1]) für 7 Mark. 6. December (Nicolai) 1323.

(Vergl. die Urkunden vom 24. December 1324 und 21. April 1325.)

[1]) Das ehemalige „Disbere“ lag demnach bei Lüderſen.

Urk. 145.

Propſt Lippold zu Barſinghauſen verſpricht, die Aebtiſſinn Kunegunde von Stromberg zu Wunſtorf wegen der von derſelben für den Convent geleiſteten Zahlung des Kaufgeldes für drei Hufen Landes in „Speyrſe“ [1]) zu entſchädigen. 24. Februar 1324.

Nos lippoldus dei gratia prepoſitus monaſterii in bercingehuſen omnibus preſens ſcriptum viſuris ſeu audituris cupimus ſore notum publice proteſtantes quod per noſtrum anteceſſorem empti fuerunt treſ manſi ſiti in ſpeyrſe pro nonaginta marcis bremenſis argenti a Johanne famulo dicto de ouenſtede nondum tamen perſoluti Nos vero ſuperuenientes et eundem in prepoſitura ſubſequentes propter malum terre ſtatum et debitorum noſtri monaſterii impedimentum non modicum et grauamen in ſolucione predictorum manſorum defecimus ſed dominam Coneg. de ſtromberge quandam ecclefie waſtorpñ abbatiſſam inuenimus mediante quorundam noſtrorum amicorum auxilio que predictos tres manſos integraliter perſoluit pro pecunia prenarrata cum magna inſtancia petens vt prefatos tres manſos fratri hinrico noſtri monaſterii conuerſo committeremus qui eidem prefate domine recompenſacionem faceret annuatim et hoc fecimus ad eiuſdem domine peticionem ſicut plenius patet in literis ſpecialiter ſuper hoc confectis Diſcedente vero fratre hinrico extunc dominus prepoſitus qui tunc pro tempore fuerit eidem Coneg. racione predictorum bonorum fatiſſaciet, prout in alia litera ſigillo noſtri couuentus ſigillata plenius continetur acta ſunt hec preſentibus domino Godeſcalco plebano in loteringehuſen et rediero Canonico in Wnſtorpe Et nos Godeſcalcus et redierus predicti noſtra ſigilla huic ſcripto appoſuimus in teſtimonium premiſſorum nec non eciam acta ſunt hec preſentibus fratre arnoldo fratre Johanne et fratre Hildebrando conuerſis noſtri monaſterii in bercingh̃ preſente eciam thiderico karebom ciui in honouere In quorum omnium teſtimonium noſtrum ſigillum preſentibus eſt appenſum Datum anno domini MCCCXXIIII in vigilia beati mathie apoſtoli.

Drei Siegel.

[1]) Vergl. Note 1 zu Urk. 140 vom 29. Juni 1323.

Digitized by Google

Urk. 146.

Graf Johann von Roden und Wunſtorf belehnt den Propſt Lippold und den Convent zu Barſinghauſen mit dem Zehnten zu Meinſen (im Kirchſp. Hülſede Amts Lauenau). 2. Juni 1324.

(Vergl. Urk. 142 vom 11. Juli 1323.)

Nos Johannes dej gratia Comes de Roden et in Wnſtorpe omnibus preſens ſcriptum viſuris seu audituris Salutem in domino et geſte rei cognoſcere veritatem Omnibus quorum intereſt preſentibus cupimus fore notum publice proteſtantes quod de plenario conſenſu omnium noſtrorum verorum heredum, habitaque deliberatione ſufficientj ad honorem et laudem beatiſſime virginis marie ac in remedium anime noſtre noſtrorumque parentum dilectorum domino lippoldo prepoſito prioriſſe totique conuentui monaſterij in bercingehuſen ordinis ſancti auguſtini inpheodacionem ſeu ius pheodole decime tam maioris quam minute ſite in meynerdeſſen ſicut hactenus habuimus et poſſedimus a reuerendo in criſto patre ac domino domino noſtro mindenſis [1]) Episcopo contulimus et ad eorum manus preſentibus reſignamus, Dominus vero lippoldus prepoſitus predictus cum ſuo conuentu racione curialitatis ſex marcas bremenſis argentj nobis gratuite in recompenſam contulerunt Hec omnibus quorum intereſt ſub noſtro ſigillo duximus proteſtandum Datum et actum anno domini MCCC.XXIIII. in vigilia Pentecoſtes.

Siegel des Grafen Johann von Roden.

[1]) hinter mindenſis fehlt eccleſie

Urk. 147.

Die Grafen Gerhard, Gerhard und Ludolf von Hallermund genehmigen den von Seiten des Pfarrers Rotbert zu Völkſen geſchehenen Verkauf von drei Aeckern zwiſchen Lüderſen und „Dikbere“ [1]) an den Propſt Lippold und den Convent zu Barſinghauſen. 24. December 1324.

Vniuerſis criſti fidelibus ad quos preſentes littere peruenerint Gherardus et Gherardus dej gratia Comites, ac Ludolfus domicellus de Halremunth ſalutem in domino ſempiternam. ad noticiam tam preſentium quam futurorum cupimus peruenire et in hiis litteris publice proteſtamur ad hoc conſenſum noſtrum beniuolum acceſſiſſe ac mere noſtre fuiſſe voluntatis et ſicut in hiis ſcriptis conſentimus quod dilectus noſter Capellanus Rotbertus plebanus eccleſie in volkerſen uendiderit honorabili viro Domino lippoldo prepoſito ac Conuentuj Sanctimonialium in Bercighehuſen Mindenſis dyoceſis tres agros Rubetj ac in parte innouatos

[1]) Vergl. Urk. 144 vom 6. December 1323.

Digitized by Google

protenſos a campo ville luderſen per ſutwich uſque in Campum ville Diſbere et cum hoc quod habuit in Campo dicto Botzel qui ipſum ex diuiſione Marce illius de vſuagijs ſuis in volkeremiſſen debite contingerunt, quia ſibi inutiles omnino videbantur propter locorum elongationem, receptis ſeptem marcis bremenſis argentj nomine precij ab eiſdem, Quas quidem ſtatim conuertit in deemptionem ſeu deliberationem decem ſolidorum denariorum, quos eccleſia in volkerſen Nobili viro henrico Comitj in Sualenberghe ex antiquo pacto ſingulis annis nomine penſionis ſoluere tenebatur. Ratificamus igitur et approbando confirmamus predictam venditionem per ipſum auctoritate noſtra factam, qvantum de jure poſſumus et valemus. warandiam etiam ipſis preſtabimus tunc ſicut nunc quando fuerimus requiſiti locis et temporibus oportunis. In cujus rej euidens teſtimonium Sigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa Datum anno domini M. CCC. XXIIII. In vigilia natiuitatis domini.

Drei Siegel der Grafen von Hallermund.

Urk. 148.

Der Convent zu Wittenburg (Amts Calenberg) überläßt dem Propſte Lippold, der Priorinn Rixa und dem Convente zu Barſinghauſen eine Hufe zu Arnum (im Kirchſp. Wilkenburg Amts Calenberg) und 26 Bremer Mark gegen drei Hufen zu Boitzum (im Kirchſp. Wittenburg). 2. Januar 1325.

Ego frater Conradus, incluſus et peccator, frater Albertus. frater Johannes, ceterique confratres eccleſie ſancte Marie in Wittenborch, in hiis ſcriptis, ſigillo noſtre eccleſie munitis publice recognoſcimus vniuerſis. Quod rite et racionabiliter unimus, ab honorabili domino Lippoldo prepoſito, Riketzea prioriſſa, totoque conuentu monaſterii Bercingehuſen, tres manſos, ville Butzem ſitos, cum omnibus vtilitatibus et iure ipſorum, quod habent vtrobique, nec non proprietatem totam, qua ipſos hactenus poſſederunt, in quam emptionem dictorum manſorum ſuorum, ipsis, loco perſolucionis, vnum noſtrum manſum, in campis Ernem ſituatum, permutacionis nomine dimiſimus cum vniuerſis vſufructibus ſuis et proprietatibus quas habet et habere poterit in pratis, paſcuis, campis, et in cunctis aliis partibus ſuis quod marke dicitur, atque ſiluis, ſuperaddentes quoque viginti et ſex marcas bremenſes, quibus defectum reſidui, cui, per manſum noſtrum prehabitum dictis bonis ſuis in ſolucione, plenariter reſpondere nequiuimus adimplemus, ſuper hec, preſcripto monaſterio in Bercingehuſen iuſtam warandiam, et reſtaurum omnis inpeticionis quod Anſprake dicitur, ſicut decet faciemus dum fuerimus requiſiti, Datum anno domini, Milleſimo. Tricenteſimo. viceſimo quinto. In Octaua Epiphanie domini eiuſdem iheſu chriſti.

Siegel ſchlecht erhalten.

Urk. 149.

Graf Heinrich von Schwalenberg genehmigt den von Seiten des Pfarrers Rotbert

zu Völkſen geſchehenen Verkauf von drei Aeckern an das Kloſter Barſinghauſen [1]). 21. April 1325.

Vniuerſis chriſti fidelibus ad quos preſentes littere peruenerint Henricus Comes dej gratia in Sualenberghe ſalutem in domino et ſubſcriptorum cognoſcere ueritatem. Nouerint igitur vniuerſi quod cum tres agri Rubelj protenſi a campo ville dicte Luderſen uſque ad Campum ville dicte Diſbere per Rubetum dictum Sutwich in parte innouatj et pecia terre aliqualis in Campo dicto Botzel qui contingerunt dictum Cappellanum noſtrum Rotbertum plebanum ecclefie in volkerſen de vſuagijs bonorum ſuorum in volkereméſſen ex diuiſione marce memorate, ſibi eſſent inconuenientes propter locorum nimiam diſtantiam Nobis humiliter ſupplicauit, vt ſibi liceret predicta bona honorabili viro Domino Lippoldo prepoſito et Conuentui ſuo in bercighehuſen Sanctimonialium Mindenſis Dyoceſis vendere et pecuniam ſeu precium eorundem ut puta ſeptem marcas bremen' argentj conuertere in emptionem aliorum que ſibi magis viderentur expedire. eius precibus rationabilibus annuentes predictam vendicionem antedictis prepoſito et Conuentuj legitime factam approbamus preſentibus et ratificamus et in Nomine domini confirmamus. warandyam igitur ipſis preſtabimus tunc ſicut nunc quum fuerimus requiſiti locis et temporibus oportunis. Nichilominus ſupplicauit nobis ut ſupradictas ſeptem marcas ad nos reciperemus nomine precii ac eccleſiam ſuam abſolueremus a penſione decem ſolidorum in quibus nobis ſingulis annis ex antiquo pacto tenebatur. quod fecimus beneuole ac gratanter ut predicta eccleſia in volkerſen fructu gauderet pinguiori. In quorum oinnium teſtimonium preſens ſcriptum ipſis dedimus ſigilli noſtri munimine roboratum. Datum anno domini MCCCXXX die dominica qua cantatur Miſericordia domini.

Siegel des Grafen Heinrich von Schwalenberg.

---

[1]) Vergl. Urk. 144 vom 6. December 1323.

Urk. 150.

Die Edelherren Otto, Johann, Diederich und Arnold, Söhne Ludolfs von Lo, begeben ſich aller Anſprüche an den Propſt Lippold und den Convent zu Barſinghauſen. 16. October 1326.

(Abgedr. bei Scheidt v. Adel S. 563.)

Vniuerſis chriſti fidelibus ad quos preſentes littere peruenerint. Nos Otto plebanus eccleſie in Nendorpe Johannes necnon thidericus et arnoldus fratres ſamuli dicti de Lo recognoſcimus publice proteſtando quod cum actionem impetitionis ſuper bonis aliquibus ac hominibus ac vniuerſis ac ſingulis honorabili viro domino Lippoldo ac Conuentuj ſanctimonialium Monaſterij in Bercighehuſen Mindenſis dyoceſis mouiſſemus et eam aliquamdiu acticaſſemus pro eo quod a progenitoribus noſtris ipſis vendita fuerunt licet juſto tytulo venditionis tamen preter noſtrum conſenſum quare credimus ſingula ac omnia ad nos jure here-

Digitized by Google

ditario liberaliter fuiſſe deuoluta Tandem diſeretorum virorum induſtria commoniti ac Lodolfi patris noſtri nobilis de Lo ammonitionibus in contrarium exitati ſpecialiter cognouimus minus juris in eiſdem nos habere. Renunciamus igitur viua voce et manu ſicut et in hiis ſcriptis renunciamus omnj actionj quam de jure uel facto ſuper premiſſis bonis ac hominibus uel quibuscunque aliis que a nobis uel noſtris progenitoribus tenent quocunque eciam cenſeantur nomine ſiue tytulo donationis uel emptionis nuncupentur contra iam dictum prepoſitum uel eius ſucceſſorem qui pro tempore fuerit in perpetuum ac Conuentum Monaſterij in Bercighehuſen in poſterum poſſemus ſuſcitare, nichil nobis penitus juris ſeu noſtris heredibus in eiſdem referuando Sed ipſos ſincera amicicia et ſpeciali fauore perpetuo proſequemur. In quorum omnium euidens teſtimonium Sigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa ne quequam dubietas premiſſorum circumuoluat. Datum anno domini MCCC.XXVI In die beati Luce ewangeliſte.

Vier Siegel der Edeln von Lo.

Urk. 151.

Die Gebrüder Johann und Arnold von Lo begeben ſich aller Anſprüche an das Kloſter Barſinghauſen. 12. December 1326.

(Abgedr. bei Scheidt v. Adel S. 563.)

Nos Johannes ac arnoldus fratres famuli dicti de lo in preſenti litera noſtris ſigillis munita recognoſcimus ac publice proteſtamur quod ſicut actionj impetitionis ſuper bonis aliquibus ac hominibus et vniuerſis ac ſingulis honorabili viro domino lippoldo prepoſito ac conuentui ſanctimonialium monaſterij in bercingh'. mota ſiue facta viua voce et manu renunciauimus et preſentibus renunciamus ita eciam renunciacionem omnimodam a noſtris fratribus et ſororibus noſtris veris coheredibus ſuper premiſſis infra ſpacium vnius anni et ſex ſeptimanarum fieri ordinabimus omni dubio procul moto ſicut fide data promittimus et premiſimus in hiis ſcriptis quod et eciam dominus noſter Johannes comes de roden et in wunſtorpe hartmannus ſcele hartmannus cricere et Johannes weninge ad implendum ex parte noſtra predicto domino prepoſito et ſuo conuentui promiſerunt Nos vero Johannes dei gratia de Wnſtorpe Comes hartmannus ſcele, hartmannus cricere et Johannes weninge famuli ad petitionem prodictorum fratrum videlicet Johannis et arnoldi famulorum dictorum de lo noſtra ſigilla racione predicte promiſſionis ac in teſtimonium omnium premiſſorum preſentibus duximus apponenda Datum anno domini MCCCXXVI in vigilia beate lucie virginis.

Urk. 152.

Die Gebrüder Walther, Berthold und Ulrich Perſek begeben ſich zu Gunſten des Propſtes Lippold und des Convents zu Barſinghauſen aller Anſprüche an das Amt und die Vogtei Hohenboſtel (Kirchdorf Amts Wennigſen), neun Joch

Digitized by Google

Landes in Bredencampe, eine Hofſtelle zu Barſinghauſen und den Zehnten zu Bokeloh (im Kirchſp. Idenſen Amts Blumenau), **wie auch an die Leute des Amtes zu Hohenboſtel und eine halbe Huſe zu „Eletzeſen“ [1]). 6. April 1327.**

(Vergl. Urk. 124 vom 2. Juli 1313.)

Uniuerſis chriſti fidelibus ad quos preſentes litere peruenerint. waltherus bertoldus et Olricus fratres famuli dicti Perſeke ſalutem in domino et ſubſcriptorum cognoſcere ueritatem. Paterna prouidencia ſua ineffabili claritate humanum intellectum illuminauit vt ea que memoria lubrica retinere non poteſt ſaltem artificio permanentiorum vt literarum apicibus ſciat perhennari. Ad noticiam igitur tam preſentium quam futurorum cupimus peruenire, quod cum nos honorabili viro Lyppoldo Prepoſito ac Conuentuj Monaſterij in bercighehuſen ordinis Sancti Auguſtinj et Minden Dyoceſis cauſam mouiſſemus ſuper impetitione bonorum officij et aduocatie ac hominum in Homborſtolde ac nouem jugerum ſitorum in bredencampe, necnon aree vnius in bercighehuſen ac hominum dictorum burmeſtering et aliorum dictorum Cammen et decime in Boclo necnon hominum officij in homborſtolde et dimidij manſi in Eletzeſen ex eo quod ad nos tytulo hereditario videbantur pertinere Producentes eciam vnam literam patentem in probationem huius ſcilicet aduocatie ſatis vetuſtam in qua Dominus ludolfus nobilis Comes in Wnſtorpe progenitoribus noſtris eandem condonauit, In contrarium uero Dominus Johannes nunc Comes nobilis in wnſtorpe filius ſuus afferebat hanc literam patris ſui predicti nobis non competere nec nos ea vtj poſſemus. Cum ipſe pro ſe et heredibus ſuis hanc aduocatiam cum bonis officio videlicet et hominibus a bur. patre noſtro. et bertol. fratre ſuo. rite et rationabiliter emiſſet pro numerata pecunia tradita et ſoluta in parte, et pro alia ipſis bona ſua in Treuene tytulo pignoris obligaſſet que adhuc teneremus et ea iuſto tytulo et bona fide ſine omni inpetitione rationabili quiete aliquam diu ut puta decem annis legaliter poſſediſſet, Poſtea uero ipſa prepoſito qui pro tempore fuerat et Conuentui in berſighehuſen legitime vendidiſſet et warandiam ipſis nunc et ſemper preſtaret de ipſis ut deberet de jure. Quare actionem noſtram ipſe cum alijs viris diſcretis et ydoneis dixit non valere et ſic ipſorum induſtria commoniti recognouimus nichil juris in predictis omnibus et ſingulis nos habere, Renunciamus igitur viua voce et manu ſicut in hijs ſcriptis renuntiamus. litere domini ludolfi. nobilis Comitis ſupraſcripti que nobis competere videbatur ac alijs inſtrumentis quibuſcunque cum ſolempnitate juris ciuilis ſcilicet cum procuratoribus ſeu prolocutoribus et ſententijs hinc inde habitis in preſentia domini Jo. Comitis in Wnſtorpe predicti et Statij de Rethen aduocati nunc Domini Lodeuici Epiſcopi Minden judicio preſidentibus multis probis et honeſtis aſtantibus ad hoc ſpecialiter rogatis et uocatis omni actionj quam de jure vel facto ſupra premiſſis bonis omnibus officio eciam uel aduocatia aut agris decima hominibus aut aliquo premiſſorum contra iam predictos lypp. prepoſitum et qui pro

[1]) Vergl. Note 1 zu Urk. 124 vom 2. Juli 1313.

Digitized by Google

tempore fuerit et Conuentum predicti Monasterij in bercighehufen pro nobis uel pro patruis noſtris in perpetuum poſſemus ſuſcitare Nichil nobis uel heredibus noſtris ſeu pro heredibus reſeruando In quorum euidens teſtimonium ſigilla noſtra cum ſigillis domini Jo. Comitis de Wnſtorp. et Statij famuli de Rethen ſicut Judicum predictorum ad rogatum noſtrum preſentibus ſunt appenſa Et Nos Jo dei gratia Comes in Wnſtorpe et Statius famulus dictus de Rethen nobis Judicio preſidentibus in Wnſtorpe vidimus et audiuimus et preſcriptis interſuimus et coram nobis ſunt rationabiliter terminata vt ſuperius ſunt expreſſa et in ſignum huius ſigilla noſtra ad rogatum predictorum fratrum preſentibus duximus apponenda. Teſtes huius ſunt hugo de Efcherte miles, Conradus de Eckere Conradus de landeſberghe hermannus blome Eghehardus ſemele ludolfus de Campe Jo de Stedere famuli et Gerhard pellifex ciuis in Wnſtorpe et alij plures fide digni. Datum anno domini MCCC.XXVII. feria ſecunda poſt Palmas.

Siegel der Gebrüder Perſek, des Grafen Johann von Wunſtorf und des Statz von Rethen.

Urk. 153.

Graf Johann von Roden und Wunſtorf ſchenkt dem Kloſter Barſinghauſen ſeinen Leibeigenen Ludolf Ludolving. 16. November 1327.

Dei gratia Nos Johannes Comes de roden et in wnſtorpe recognoſcimus et in preſenti litera noſtro ſigillo munita publice proteſtamur quod de pleno conſenſu omnium noſtrorum heredum dej intuitu ac ob ſalutem anime noſtre ludolfum fratrem zegehardi et dethardi dictos ludolminch nobis iure ſeruitutis ac proprietatis pertinentem coram noſtris dilectis vaſallis videlicet Conrado de laudeſberge ac Johanne dicto de barchufen famulis in figura iudicij ab omnj jure ſiue proprietate quo nobis pertinebat abſoluimus ac e manu miſimus Dantes eundem beatiſſime virgini marie ad ſeruiendum ipſi in monaſterio in bercingehufen perpetuis ſuis temporibus ſub habitu et regula beati auguſtini Datum anno domini MCCCXXVII feria ſecunda infra octauam beati martiris.

Siegel abgefallen.

Urk. 154.

Biſchof Ludwig zu Minden entſcheidet nebſt dem Capitel daſelbſt einen zwiſchen dem Propſte Lippold zu Barſinghauſen und dem Arnold Perſek, über die dem Kloſter vom Grafen Johann von Wunſtorf verkauften Güter zu Hohendoſtel nebſt Vogtei, entſtandenen Streit dahin, daß dem Perſek durchaus keine Anſprüche daran mehr zuſtehen. 11. April 1328.

(Vergl. die Urkunden vom 6. Septbr. 1312, 2. Juli und 13. Auguſt 1313 und 11. Septbr. 1331.)

In nomine domini amen.. Nos ludewicus dei gracia Mindenſis eccleſie Epiſcopus. ſcire volumus vniuerſos preſentes litteras inſpecturos vel audituros. quod cum dilectus nobis

Digitized by Google

lippoldus prepoſitus Monaſterii in Bercighehuſen ex vna et bertoldus perſik clericus parte ex altera. in cauſa que vertitur ſuper quibuſdam bonis in homborſtolde et aduocatia ibidem et iam dudum vertebatur coram nobis et a nobis inportune pecierint et acceptauerint concordari in amicicia vel in jure. Nos ipſam cauſam ad nos recipientes auditis hinc inde propoſitis a partibus et viſis ac examinatis litteris vtrobique. inueninus nobilem virum dominum johannem Comitem de wnſtorpe bona in Homborſtolde cum aduocacia et omnibus pertinenciis ipſi Monaſterio in bercighehuſen legittime vendidiſſe. et de hiis velle tunc et nunc debitam facere warandiam.. jtem inueninus quondam conradum de wibnighehuſen militem in quem tamquam in arbitrum et arbitratorem in eadem cauſa compromiſerant pronunciaſſe in littera manifeſta. quod ſi dictus dominus johannes Comes vellet mettercius oſtendere juramento talia bona de jure vendere potuiſſe extunc perſicus ceſſare deberet ab omni penitus actione quod dictus perſicus coram nobis pubblice recognouit. jtem inuenimus dictum comitem ſecundum pronunciacionem ipſius militis nunc defuncti cum duobus militibus et vno famulo ſuis obtinere velle iuramentis quod talia bona de iure poterant vendidiſſe prout in ipſa pronunciacione continetur. ſe ad hoc liberaliter exhibendo. ipſumque perſicum eiſdem remiſiſſe voluntarie talia iuramenta. vnde de conſilio dilectorum nobis Hinrici de Lippia prepoſiti majoris eccleſie noſtre Mindenſis. Wedekindi de eucrſtene prepoſiti Hamelenſis. euerhardi de walthekhe theſaurarii Mindenſis eccleſie eiusdem. Lodewici archydiaconi in lubbeke. lippoldi de godenſtede Canonici in Minda. ludolfi decani ſancti iohannis. Werneri Officialis curie mindenſis. Juſtacii de monekhuſen. johannis de drek. Revnberti duuel militum. quorum ſigilla in certitudinem ipforum preſentibus ſunt appenſa. vna cum noſtro pronunciamus in hiis ſcriptis ipſum perſicum in dictis bonis et aduocacia ſecundum retro acta nullum penitus ius habere, nec dictum monaſterium poſſe inpetere inpetere (*sic*) aliqualiter ſuper ipſis. notificamus his omnibus quorum intereſt uel intereſſe poterit per preſentes noſtro ſigillo ſigillatas. et nos canonici et milites ſupra dicti quia predictis omnibus interfuimus et conſilium noſtrum adhibuimus noſtra preſentibus ſigilla recognoſcimus appendiſſe. Datum anno domini MCCCXXVIII feria ſecunda poſt quaſimodogeniti.

Das Siegel des Biſchofs Ludwig (geiſtlich, mit einem Löwen im Schilde), das (fünfte) Siegel des Eberhard von Waldeck (geiſtlich, mit einem Sterne im Schilde) und das (achte) Siegel des Dechanten Ludolf (geiſtlich, ebenfalls mit einem Löwen im Schilde) ſind vorhanden, alle übrigen abgefallen.

Urk. 155.

Die Geſchwiſter Beate und Jutte von Pyrmont übertragen dem Kloſter Barſinghauſen das Obereigenthum von drei Hufen Landes zu „Sperſe“ [1]). 29. Mai 1328.

Nos beata et jutta ſorores domicelle dicte de perremunt canonice ſecularis eccleſie

[1]) Vergl. Note 1 zu Urk. 140 vom 29. Juni 1323.

Digitized by Google

in gandersem omnibus presencia visuris et audituris cupimus fore notum publice protestando Quod ex bona voluntate et beniuole dimisimus et resignauimus presentibusque dimittimus et libere resignamus monasterio venerande virginis marie in bercingehusen omne jus proprietatis trium mansorum ville sperse sitorum si quod nobis in dictis mansis competere videbatur uel in posterum competere videatur. In cuius facti euidens testimonium et robur quia proprii sigillis caremus sigillum venerabilis domine nostre domine Sophye de buren dicte predicte ecclesie in gandersem abbatisse ad peticionem nostram presentibus est appensum Datum anno dominice incarnationis MCCCXXVIII ipso die feste sancte trinitatis.

Siegel (Vergl. *Harenberg*, hist. Gandersh., wo das Siegel der Sophie von Büren gezeichnet ist).

Urk. 156.

Aebtissinn Adelheid und das Capitel zu Wunstorf übertragen dem Kloster Barsinghausen das Obereigenthum einer Hufe Landes bei Barsinghausen, Bekkamp geheißen. 29. November 1328.

Nos alheidis dei gratia abbatissa. totumque Capitulum seculare Ecclesie in Wastorpe. Recognoscimus presentibus in hiis scriptis pupplice (*sic*) protestando quod cum pleno arbitrio dimisimus et dimittimus per presentes proprietatem vnius mansi qui wigo dicitur bekkamp situs prope bercighehusen preposito totique conuentui Monasterii in Bercighehusen libere et pacifice in perpetuum possidendum (*sic*). ita quod dictum monasterium gaudebit proprietate dicti mansi in perpetuum aliqua molestacione procul mota. In cuius Rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus opponenda. Datum anno domini M. CCC. XXVIII. in vigilia beati andree apostoli.

Siegel zerbrochen.

Urk. 157.

Bischof Ludwig zu Minden befiehlt den Pfarrern und Rectoren zu Aplern (im Hessen-Schaumb. Amte Rodenberg), Bodenwerder (Stadt im Fürstenthume Calenberg) und Blotho (Stadt im Kreise Minden), gegen Ernst Hake und Consorten, welche das Kloster Barsinghausen spoliirt haben, nach der Strenge der Gesetze zu verfahren. Minden, 14. März 1329.

Lodewicus dej gratia Minden ecclesie episcopus dilectis sibi in christo plebanis viceplebanis seu rectoribus diuinorum in apelderen in bodenwerdere in wlotowe salutem in domino. Sua nobis lippoldus prepositus Monasterii in bercinghehusen declaratione juratoria demonstrauit quod ernestus hake et richardus dictus post milites, Johannes de ofen. vrohendorpe. et arnoldus dictus lode et seruus suus slimeke et hermannus dictus grimpe et seruus suus prome. Lodewicus dictus Lutteke et complices eorum ipsum pecoribus suis ac pecu-

Digitized by Google

dibus ac pluribus aliis iam ſepe ſpoliarunt et quod magis dolendum eſt dej timore poſtpoſito fratrem ar. conuerſum ſuum virum vtique religioſum ſine ſuis meritis atrociter percuſſerunt pro quo canonem late ſententie inciderunt ipſo facto Quare vobis et cuilibet veſtrum in virtute ſancte obediencie et ſub pena excommunicationis late ſententie quam in uos et in quemlibet veſtrum trium dierum monitione premiſſa ferimus in hiis ſcriptis ſi non feceritis quod mandamus. Mandamus igitur vobis ſub pena prefcripta quatenus contra dictos malefactores et quemlibet eorum ſtatuta prouincialia diſtricte obſeruetis in hiis exequendis alter alterum non reſpiciat uel exſpectet ſub pena ante dicta. Datum minde anno domini MCCCXXIX feria III poſt Inuocauit.

Urk. 158.

Propſt Lippold, Priorinn Ermengard und der Convent zu Barſinghauſen vertauſchen dem Kloſter Wunſtorf zwei Hufen oder 60 Joch Landes zu Nord-Goltern ſammt einer Kothe gegen zwei Hufen Landes zu „Willighehufen“ [1]). Wunſtorf, 2. Juni 1329.

Vniuerſis christi fidelibus ad quos preſens ſcriptum peruenerit, Lippoldus prepoſitus, Ermgardis prioriſſa Totusque Conuentus Sanctimonialium in bercighehusen ſalutem et ſubſcriptorum cognoſcere veritatem. Ad noticiam igitur tam prefencium quam futurorum cupimus peruenire quod nos cupientes condicionem noſtram facere meliorem permutauimus duos Manſos noſtros ſitos in Nortgoltorne cum vna caſa ſiue area cum omnibus juribus ſuis ac pertinenciis in campis videlicet cultis et incultis, pratis, ac paſcuis, ſiluis et rubetis, aquis aquarumque decurſibus, pro duobus manſis ſitis in Villighehufen, Cum reuerendis in Christo domina alheydi abbatiſſa et Domina Alh. Decana, totoque Collegio eccleſie in wnſtorpe ad quos ipſorum dominium pertinebat. Relinquentes igitur ipſis predictorum manſorum ſcilicet LX Jugerum poſſeſſionem liberam et vacuam et ab omni onere aduocatie penitus abſolutam et ſicut ad nos hactenus pertinebat, cum plena legali warandija preſtanda locis et temporibus oportunis quando fuerimus requiſiti. Dantes eis preſens ſcriptum ſigillo conuentus noſtri fideliter roboratum in teſtimonium ſuper eo. Datum et actum in Wnſtorpe Anno Domini M°CCC°XXIX In craſtino aſcenſionis dominice.

[1]) Die Feldmark Fillthauſen liegt ſüdöſtlich von Barſinghauſen.

Urk. 159.

Knappe Arthus von Negenborn reſignirt dem Grafen Heinrich von Schwalenberg zwei Hufen Landes zu „Sperſe“ [1]). 29. Juni 1329.

[1]) Vergl. Note 1 zu Urk. 140 vom 29. Juni 1323.

Digitized by Google

(Abgedr. bei Scheidt v. Adel S. 353. — Vergl. die Urkunden vom 10., 4. und 24. Juli und 6. December 1329.)

Nobili viro ac suo domino gracioso domino Henrico Comiti in sualenberch arthus dictus de neghenborne famulus debite fidelitatis constanciam cum affectu Gracie, vestre reuerende ac graciose reuerencie duos mansos in campo ville sperse sitos cum omnibus attinenciis tam intra quam extra villam quos a vobis hactenus in pheodo habui beniuole et amice resigno literas per presentes vobis transmissas in testimonium super eo Datum sub meo sigillo anno domini MCCCXXIX jn sesto beatorum apostolorum petri et pauli.

Urk. 160.

Die Geschwister Wilberg und Ermgard von Schwalenberg erklären sich damit einverstanden, daß der Convent zu Barsinghausen das Obereigenthum zweier Hufen Landes zu „Sperse" von ihrem Vater, dem Grafen Heinrich von Schwalenberg, und ihren Brüdern erwerbe. 4. Juli 1329.

(Vergl. die Urkunden vom 29. Juni, 10. Juli und 6. December 1329.)

Vniuersis christi fidelibus ad quos presentes littere peruenerint nos wilbergis et ermgardis sorores et moniales in lacu sancte marie cupimus fore notum publice et constare quod licet nostra non intersit de jure attamen propter maiorem cautelam consensum nostrum adhibemus in hiis scriptis quod prepositus et conuentus monasterii in bercingehusen a henrico Comite patre nostro et fratribus nostris comitibus in sualenberghe duos mansos in sperse quos quidem artus de neghenborne ab ipso inpheudo tenuerat valeant comparare, quod presentibus per appositionem sigilli conuentus nostri publice duximus protestandum, datum anno domini M.CCCXXIX jn die odalrici confessoris.

Siegel.

Urk. 161.

Beka, Gemahlinn Aschwin's von Stenberch, genehmigt, daß ihr Vater, Graf Heinrich von Schwalenberg, und ihre Brüder das Obereigenthum zweier Hufen Landes zu „Sperse" dem Kloster Barsinghausen übertragen. 4. Juli 1329.

(Vergl. die Urkunden vom 29. Juni, 10. Juli und 6. December 1329.)

Nouerint vniuersi tam presentes quam posteri quod ad hoc nos Beka vxor aswini militis de Stenberch voluntarie acclinamus quod henricus pater noster et fratres nostri Comites de sualenberch dominium duorum mansorum quos quidem arturus de neghenbornen famulus in Sperse ab ipso pheudo hactenus tenuerat transferant (*sic*) in Monasterium de bercighehusen liberaliter vtile et directum. et hoc per appositionem sigilli mariti nostri ascwini

Digitized by Google

militiſ de ſtenberche publice duximus proteſtandum. Datum anno dominj M.CCC.XXIX in d e beatj Odalricj confeſſoris.

Siegel zerbrochen.

Urk. 162.

Jordan, Arthur und Richard von Negenborn verkaufen dem Kloſter Barſinghauſen zwei Hufen Landes zu „Sperſe“ [1] und zwei Hufen in Gehrden [2]. 10. Juli 1329.

(Abgedr. bei Treuer, Münchh. Geſchl.-Geſch. S. 24.)

---

[1]) Vergl. die Urkunden vom 29. Juni, 4. und 24. Juli und 6. December 1329.

[2]) Vergl. Urk. 171 vom 28. Juni 1332. Einen Revers über die beiden Hufen zu Gehrden hat das Kloſter am 9. October (Dionif. et ſoc.) 1329 ausgeſtellt.

Urk. 163.

Die Geſchwiſter Jutte und Mechthilde von Schwalenberg geſtatten dem Kloſter Barſinghauſen, von ihrem Vater, dem Grafen Heinrich, und ihren Brüdern das Obereigenthum zweier Hufen Landes zu „Sperſe“ zu erwerben. 24. Juli 1329.

(Vergl. die Urkunden vom 29. Juni, 10. Juli und 6. December 1329.)

Vniuerſis chriſti fidelibuſ ad quoſ preſentes littere peruenerint Nos Jutta et Mechthildiſ ſororeſ et canonice ſeculareſ eccleſie in ganderſem dicte de Swalenberchghe cupimuſ fore notum publice et conſtare quod conſenſum noſtrum adhibemus in hiiſ ſcriptiſ quod prepoſituſ et conuentuſ monaſterii in Bertzingehuſen a henrico comite patre noſtro et fratribus noſtriſ comitibuſ in ſwalenberchghe duoſ manſoſ in ſperſe quoſ quidem artus de neghenborne ab ipſo in feodo tenuerat valeant comparare, quod preſentibuſ per appoſicionem ſigilli patriſ noſtri predicti publice duximuſ proteſtandum Datum anno domini M.CCC.XXIX in vigilia beatj Jacobi apoſtolj.

Siegel zerbrochen.

Urk. 164.

Graf Heinrich von Schwalenberg ſchenkt unter Zuſtimmung ſeiner Erben, namentlich ſeiner Söhne Burchard, Heinrich und Wedekind dem Kloſter Barſinghauſen das Obereigenthum zweier, ihm von den Gebrüdern von Negenborn reſignirten Hufen Landes zu „Sperſe“. 6. December 1329.

Digitized by Google

(Vergl. die Urkunden vom 29. Juni, 4., 10. und 24. Juli 1329.)

Nos henricus dei gratia Comes de ſualenberghe preſenti litera noſtro ſigillo ſigillata recognoſcimus publice proteſtantes quod cum arthus dictus de negenborne famulus vendidiſſet monaſterio beate marie virginis in bercingehuſen duos manſos in Campo ville ſperſe ſitos quos a nobis habuerat in pheodo et nobis illos libere reſignaſſet, nos recepta ab eo huiuſmodi reſignatione dictos duos manſos cum curia et omnibus ſuis pertinenciis et proprietate ipſorum de conſenſu et beneplacito omnium noſtrorum verorum heredum et precipue dilectorum filiorum noſtrorum ſcilicet borchardi henrici et wedekindi monaſterio predicto donauimus et donamus preſenti litera propter deum vt noſtra et progenitorum noſtrorum memoria perpetuis temporibus ibidem deuocius peragatur ſuper quo memorato monaſterio preſentem literam noſtro ſigillo roboratam duximus concedendam, Et nos borchardus henricus et wedekindus fratres predicti in ſignum ratihabitionis ſigilla noſtra preſenti litere duximus apponenda Datum anno domini M.CCCXXIX ipſo die beati nicolai Episcopi.

Drei Siegel der Grafen von Schwalenberg, das dritte iſt abgefallen.

Urk. 165.

Graf Johann von Roden und Wunſtorf vertauſcht dem Kloſter Barſinghauſen zwei Hufen Landes zu „Villingehuſen“ [1]) gegen zwei Hufen Landes zu Nord-Goltern (Kirchdorf Amts Wennigſen). 6. December 1329.

Dei gratia Nos Johannes Comes de Roden et in Wunſtorpe notum eſſe volumus vniuerſis quod cum conſenſu heredum noſtrorum omnium quorum intereſſe poterit fecimus permutationem cum monaſterio in Berzingehuſen in hunc modum Quod nos dimiſimus ipſi dominium et aduocatiam sev proprietatem Duorum manſorum in villingehuſen cum omni iure et vtilitate prepoſito et conuentui eiuſdem perpetuo poſſidendum ob quod nobis et noſtris heredibus dominus lippoldus de Stenberghe prepoſitus prioriſſa et conuentus predicti monaſterii aduocatiam et dominium cum proprietate duorum manſorum in Nortgoltorne cum omni iure dimiſerunt in recompenſam predictorum. vt autem hec firma et inconuulſa iugiter perſeuerent dedimus eis hanc literam appenſione ſigilli noſtri roboratam Datum anno domini MCCC. XXIX in feſto Nycolai Episcopi et confeſſoris.

Siegel des Grafen Johann von Wunſtorf.

---

[1]) S. Note 1 zu Urk. 158 vom 2. Juni 1329.

Urk. 166.

Die Grafen Gottſchalk und Hermann von Pyrmont übertragen dem Kloſter Bar-

Digitized by Google

ſinghauſen das Obereigenthum einer Kothe zu „**Herteringehuſen**“ [1]) mit ſieben Joch Landes und ſonſtigem Zubehör. 5. Februar 1331.

(Vergl. Urk. 167 vom 10. Februar 1331.)

Dei gratia Nos Godeſcalcus et Hermannus Comites de peremunt in preſenti litera noſtris ſigillis ſigillata recognoſcimus et publice proteſtamur quod proprietatem Caſe ſite in herteringehuſen cum ſeptem jugeribus et aliis ſuis appendiciis quam Caſam marquardus famulus dictus de Broke a nobis jure pheodali poſſidens libere reſignauit de conſenſu omnium noſtrorum heredum. Domino prepoſito et Conuentui monaſterij in bercingehuſen ob ſalutem animarum noſtrarum et pure propter deum damus et preſentibus aſſignamus perpetuis temporibus poſſidendam Datum anno domini MCCCXXXI in die beate Agathe virginis.

Von zwei Siegeln nur das erſte erhalten.

---

[1]) „Herteringehuſen“ wird in der Feldmark Hartiehauſen bei Barſinghauſen, Hohenbokel, Nordgoltern und Wichtringhauſen gelegen haben.

Urk. 167.

Marquard von Broke reſignirt den Grafen Gottſchalk und Hermann von Pyrmont eine Kothe mit ſieben Joch Landes zu „**Herteringehuſen**“ zu Gunſten des Kloſters Barſinghauſen. 10. Februar 1331.

(Vergl. Urk. 166 vom 5. Februar 1331.)

Nobilibus viris domicellis ſuis reuerendis Godeſcalco et Hermanno Comitibus de peremunt Marquardus famulus dictus de broke debitam reuerenciam ſincero cum affectu, Caſam ſitam in herteringehuſen cum ſeptem iugeribus quam a uobis teneo et tenui iure pheodali Domino prepoſito et Conuentui monaſterii in bercingeh'. ob ſalutem anime mee dimiſi et ideo vobis preſentibus reſigno, rogans intimo cordis affectu ut eidem Domino prepoſito et Conuentui proprietatem eiuſdem caſe cum ſuis appenditiis dei intuitu ac noſtri ſeruitii erogetis promiſi eciam et in hiis ſcriptis promitto eidem Domino. prepoſito et conuentui quandocunque eiſdem neceſſe fuerit de predicta caſa cum ſuis appendiciis plenam facere warandiam quod ſub meo ſigillo duxi preſentibus proteſtandum Datum anno domini MCCCXXXI in die beate ſcolaſtice virginis.

Siegel des Marquard von Broke.

Urk. 168.

Dechant Brünig zu Minden, Ritter Hardeke von Engelbokel und Knappe Evert von Alten bezeugen, daß Graf Johann von Wunſtorf dem Kloſter Bar-

Digitized by Google

singhausen wegen der Vogtei zu Hohenbostel (Kirchdorf Amts Wennigsen) völlige Gewähr geleistet und das Stift von aller desfallsigen Ansprache des Bertold Persek befreiet hat. Geschehen auf dem Kirchhofe zu Wunstorf, 11. September 1331.

(Abgedr. bei Scheidt v. Adel S. 455. — Vergl. Urk. 154 vom 11. April 1328.)

We her brunig en deken to minden — her hardeke van enghelinghelingborstelde (*sic*) en riddere — un ek enert van alten en knape. kundeget vnn betuget, vnder vseme ingeselen (*sie*) dat greue Johan van Wnstorpe mit sines selues derde hant ene rechte ware dede, des godes vnde der vogedige to bomborstelde, vnn ledegede den prouest, vnn dat stichte van Berzingehusen van alder ansprake, de bertoldus persich vnn sine vedderen an deme gode deden. we betuget och dat bertoldus persich van demselnen greuenn dat recht eschede vnn nam vn dar an genogeth was. Dith gesende to wnstorpe in der stat vppe dem kerchoue. Na goddes bort dusent. drehundert. an deme en vnn bertegisten jare in der mertelere dage. protbi et Jacintti.

Drei Sieget.

Urk. 169.

Diederich, Heinrich und Lippold Holtgreve thun kund, daß ihr Vater Diederich mit ihrer Zustimmung Güter zu Luttringhausen (im Kirchsp. Nettelrede Amts Lauenau) an das Kloster Barsinghausen verkauft hat. 25. November 1331.

Nos Thidericus henricus et lippoldus dicti holtgreuen famuli vniuersis quibus presens scriptum exhibitum fuerit cupimus fore notum firmiter protestantes quod venditionem quorundam bonorum in loteringehusen per patrem nostrum dominum Thidericum rationabiliter factam claustro et Conuentui de Bercingehusen profitemur presentibus esse de nostra plena voluntate videlicet quod in eisdem bonis amplius nullam impetitionem faciemus, promissmus eciam et in hiis scriptis promittimus domino preposito et Conuentui quandocunque et ubicunque eisdem necesse fuerit de predictis bonis plenam facere warandiam In cuius rei testimonium euidens ne quisquam de nostris hanc vendicionem infringere seu violare valeat presens scriptum sigillis nostris contulimus roboratum Datum anno domini MCCC. XXXI in die beate katerine virginis.

Drei Sieget der Gebrüder Holtgreve.

Urk. 170.

Die Gebrüder von Herbergen resigniren dem Abte von Corvey zu Gunsten des Klosters Barsinghausen eine Kothe mit zwei Joch Landes zu Winninghausen (im Kirchsp. Hohenbostel Amts Wennigsen). 25. Februar 1332.

Digitized by Google

Venerabili viro domino abbati eccleſie Corbien Johannes et Henr. famuli dicti de Herbergen et Henri. eiuſdem cognominis fratris [1]) hofpitalitatis ſancti Johannis debitam reuerenciam ſincero cum affectu Caſam ſitam in wininghehuſen cum duobus iugeribus quam a vobis tenemus et tenuimus iure pheodali domino prepoſito et Conuentui monaſterii in bercingehuſen ob ſalutem anime noſtre dimiſimus et ideo vobis preſentibus reſignamus rogantes intime cordis affectu ut eidem domino prepoſito et Conuentui proprietatem eiuſdem caſe cum ſuis appendiciis dei intuitu ac noſtri ſeruicij erogetis Datum anno domini MCCC.XXXII in die ſancti mathie apoſtoli.

Von drei Siegeln fehlt das mittelſte.

---

[1]) Muß fratres heißen.

Urk. 171.

Graf Johann von Roden und Wunſtorf überträgt mit Zuſtimmung ſeiner Söhne Johann, Ludolf, Hildebold und Ludwig dem Kloſter Barſinghauſen zwei Hufen Landes in Gehrden (Amts Wennigſen), welche Arthus von Negenborn ihm reſignirt hat. 28. Juni 1332.

(Vergl. Urk. 162 vom 10. Juli 1329.)

Nos Johannes dei gratia Comes de Roden et in Wnſtorpe in preſenti litera noſtro ſigillo ſigillata recognoſcimus ac publice proteſtamur quod cum arthus famulus dictus de negenburne vendidiſſet monaſterio beate marie in Bertingehuſen duos manſos ſitos in Gerdene quos a nobis habuerat in pheodo et nobis illos libere reſignaſſet Nos recepta ab eo huiusmodi reſignatione dictos duos manſos cum omnibus ſuis iuribus et pertinentiis ac etiam proprietatem eorundem de conſenſu et beneplacito dilectorum filiorum noſtrorum videlicet Johannis Ludolfi Hildeboldi et Lodewici monaſterio predicto donauimus et preſentibus damus propter deum vt noſtra et progenitorum noſtrorum memoria perpetuis temporibus ibidem deuocius peragatur Nos eciam Johannes Ludolfus Hildeboldus et Lodewicus fratres predicti in ſignum ratihabitionis omnium premiſſorum noſtra ſigilla apponi fecimus huic ſcripto Datum anno domini MCCC.XXXºII. in vigilia apoſtolorum petri et paulj.

Fünf Siegel der Grafen von Wunſtorf.

Urk. 172.

Die Gebrüder Seldenbud reſigniren dem Biſchofe Ludwig zu Minden zu Gunſten des Kloſters Barſinghauſen drei Hufen Landes und eine Kothe zu Arnum (im Kirchſp. Wilkenburg Amts Calenberg). 10. Auguſt 1332.

(Vergl. die Urk. vom 11. Auguſt 1332.)

Digitized by Google

Venerabili in christo patri ac domino domino Ludewico Mindensi episcopo Henricus et Hermannus fratres dicti Seldenbud ciues in Honouere debitam reuerenciam cum honore. Bona nostra sita in villa Ernem videlicet Tres mansos cum vna Casa Que a uobis et a predecessoribus uestris habuimus et tenuimus iure pheodali paternitati uestre resignamus libere per presentes, petentes humiliter et deuote quod Monasterio in Bercinghehusen proprietatem dictorum bonorum dignemini conferre pure propter deum huiusmodi vero resignacionem per sigilla nostra appensa approbamus. Datum anno domini M°CCC°XXXII° In die beati Laurencii martiris.

Siegel des Heinrich und Hermann Seldenbud.

Urk. 173.

Die Gebrüder Seldenbud resigniren dem Propste Volkmar von Alten zu Hameln zu Gunsten des Klosters Barsinghausen zwei Hufen Landes mit einer Curie zu Arnum. 10. August 1332.

(Vergl. die Urk. vom 11. August 1332.)

Honorabili viro et discreto volcmaro de alten preposito Hamelensi Henricus et Hermannus Fratres dicti Seldenbud ciues in Honouere seruicii et honoris quantum possunt. Bona nostra sita in Campo ernem cum curia in eadem villa videlicet duos Mansos que a predecessoribus vestris tenuimus jure pheodali vobis presentes (*sic*) resignamus, petentes obnixe ut Monasterio in Bercinghehusen proprietatem dictorum bonorum dignemini conferre pure propter deum huiusmodi (*sic*) per sigilla nostra appensa ratificamus. Datum anno domini Millesimo Trecentesimo XXXII° in die beati Laurencii Martiris.

Siegel des Heinrich Seldenbud, das zweite Siegel abgefallen.

Urk. 174.

Bischof Ludwig, Dechant Johann und das Capitel zu Minden schenken dem Kloster Barsinghausen das Obereigenthum an fünf Hufen Landes mit einer Kothe zu Arnum. 11. August 1332.

(Vergl. die Urk. vom 10. August 1332.)

Lodewicus dei gracia Mindensis Ecclesie episcopus. Johannes Decanus Totumque. Capitulum eiusdem. Omnibus et singulis presens scriptum visuris Salutem et noticiam subscriptorum. Noueritis quod vrgentibus nos in hac parte necessitate et vtilitate Monasterii beate virginis in Bersingehusen, quod videlicet situm in medio nacionis peruerse multis periculorum et dispendiorum anfractibus infestetur. Igitur dicti Monasterii Supplicacionibus inclinati proprietatem bonorum quorundam in villa dicta Ernem sitorum videlicet quinque

Digitized by Google

manſorum cum vna caſa. quorum tres a nobis Lodewico Episcopo et a noſtris predeceſſoribus et duos ad officium ſeu perſonatum in welkenborg ſpectantes. Henricus et Johannes fratres dicti Seldenbut oppidani in honouere huc usque in pheodo tenuerunt et nobis libere reſignarunt, pure et propter deum donamus et pleno jure donauimus in hiis ſcriptis. In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum vna cum ſigillo ipſius Capituli noſtri pro ſuo Conſenſu premiſſis adhibito preſentibus ſunt appenſa. Datum Anno domini Milleſimo Trecenteſimo XXXII° in Craſtino Laurencii martiris.

Siegel des Biſchofs Ludwig und des Capitels zu Minden.

Urk. 175.

Propſt Volkmar zu Hameln genehmigt die dem Kloſter Barſinghauſen von Seiten des Biſchofs Ludwig zu Minden gemachte Schenkung von zwei Hufen Landes zu Arnum, welche, als zum Amte (officium) Wilkenburg gehörig, Heinrich und Hermann Seldenbud von ihm zu Lehn getragen haben. 11. Auguſt 1332.

(Vergl. die Urk. vom 10. und 11. Auguſt 1332.)

Omnibus hoc ſcriptum viſuris. Nos Volkmarus prepoſitus Hamelenſis recognoſcimus manifeſte Quod accedente conſenſu noſtro quo ad duos manſos ſitos in villa dicta Ernem, quos Henricus et Hermannus fratres dicti Seldenbut oppidani in honouere a nobis racione officii ſeu perſonatus in Welkenborge in pheodo tenuerunt. Quorum proprietas pleno jure donata extitit per Reuerendum patrem et dominum dominum Ludewicum Episcopum et.. Capitulum Eccleſie Mindenſis monaſterio beate virginis in Berſingehuſen preſentibus conſentimus. In cuius rei ſeu Conſenſus noſtri premiſſis adhibiti Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum, Datum anno domini Milleſimo Trecenteſimo xxxii. In Craſtino beati Laurentii martiris.

Siegel unbeutlich.

Urk. 176.

Aebtiſſinn Adelheid, Priorinn Ermengard, Schatzmeiſterinn Beate und Kellnerinn Sophie zu Wunſtorf verkaufen dem Kloſter Barſinghauſen eine Hufe Landes zu „Bronherdeſſen“ [1]). 16. October 1332.

(Vergl. die nachſtehende Urkunde 177.)

Coram vniuerſis preſencia viſuris uel eciam audituris. Nos atheydis dei gratia abbatiſſa ermegardis decana, beata theſauraria Sophia celeraria Wnſtorpen ecclefie recognoſci-

[1]) Vergl. Note 1 zu Urk. 117 vom 16. Mai 1311.

Digitized by Google

mus publice proteſtando. Quod de pleno conſenſu totius noſtri capituli vnum manſum in bronherdeſſen ſitum cum proprietate eiuſdem manſi ac omnibus ſuis attinentijs domino prepoſito et Conuentui beate virginis in bercingehuſen pro octo marcis bremenſis argenti ad ſtructuram noſtre eccleſie conuerſis iuſta venditione vendidimus et perpetuis temporibus dimittimus libere poſſidendum, Renunciantes omni iure quod nos uel noſtri ſucceſſores in dicto manſo uel ipſius proprietate poſſemus in poſterum aliqualiter ſuſcitare. adiectum eſt eciam quod de prefati manſi redditibus poſt obitum domini godeſcalci ſacerdotis ad miſſarum peragenda ſollempnia in prefato monaſterio bercingehuſen vinum debeat comparari. vt autem hec noſtra venditio inuiolabilis perfeueret preſens ſcriptum ſigillo noſtri et noſtri Capituli duximus roborandum Datum anno domini MCCCXXXII. in die galli.

Zwei Siegel.

Urk. 177.

Graf Johann von Roden und Wunſtorf ſchenkt mit Zuſtimmung ſeiner Söhne Johann, Ludolf, Hildebold und Ludwig dem Kloſter Barſinghauſen die Vogtei über eine, zum Kloſteramte (officium) Everloh gehörende Hufe Landes zu „Bronherdeſſen“. 16. October 1332.

(Vergl. die vorſtehende Urk. 176.)

Nos Johannes dej gratia Comes de Roden et in Wnſtorp tenore preſencium proteſtando, palam profitemur, quod cum bona voluntate et vnanimi conſenſu omnium heredum noſtrorum videlicet Johannis ludolfi Hildeboldi et lodewici aduocaciam vnius manſi in Campis ville Bronherdeſſen ſiti ad officium noſtrum in Euerlo pertinentis cum omnibus vſufructibus ac ſingulis ſuis pertinenciis tam in villa quam extra villam monaſterio beate virginis in bercingehuſen pure propter deum donauimus et donamus preſentibus ſub hac forma quod poſt obitum domini Godeſcalci (*sic*) ſacerdotis de reditibus predicti manſi vinum in preſcripto monaſterio ad diuinum celebrandum officium perpetuis temporibus erit procurandum In cuius rei euidens teſtimonium noſtrum ſigillum vna cum ſigillis filiorum noſtrorum preſentibus eſt appenſum Datum anno domini MCCCXXXII in die beati Galli confeſſoris.

Fünf Siegel der Grafen von Wunſtorf.

Urk. 178.

Die Gebrüder von Winninghauſen begeben ſich zu Gunſten des Kloſters Barſinghauſen aller Anſprüche an drei Hufen Landes zu „Speerſe“ [1]). 28. October 1333.

---

[1]) Vergl. Note 1 zu Urk. 140 vom 29. Juni 1323.

Digitized by Google

(Vergl. Urk. 140 vom 29. Juni 1323.)

Nobilibus viris Comitibus de perremunt Gherardus et Bodo fratres dicti de Winninghehuſen famuli obſequioſam in beneplacitis voluntatem. Expediti ſumus ab amicis noſtris et aliis fidedignis quod in tribus manſis in Speerſe ſitis in quos cauſauimus pro iure pheodi ſiue inpheodacionis ad nos ut credidimus pertinenti contra prepoſitum et Eccleſiam ſanctimonialium in Bercinghehuſen, nos et noſtri heredes penitus iuris nil habemus Quare omni actioni de iure vel de facto in dictis manſis nobis pertinenti renunciamus amore prepoſiti et Eccleſie memorate ipſos manſos cum omnibus ſuis attinenciis ad manus et vtilitatem predictorum remittentes nobilitati veſtre per preſentes. Hec premiſſa promiſimus fide data firmiter obſeruanda. In huius rei euidens teſtimonium noſtra ſigilla preſentibus ſunt appenſa. Datum anno domini Milleſimo CCCXXXIII. in die ſymonis et Jude apoſtolorum.

Siegel des Gerhard und Bodo von Winninghauſen.

Urk. 179.

Heinrich von Holle verkauft den Gebrüdern Doteſche drei Huſen Landes und drei Kothen zu Beckedorf (Kirchdorf im Heſſen-Schaumb. Amte Rodenberg). 1334.

Ego henricus dictus de holle recognoſco preſenti litera ſigillo meo munita quod Dethardo et Gherhardo fratribus dictis Doteſche ac ipſorum veris heredibus tres manſos Bekedorpe ſitos et tres caſas ibidem cum omni iure et vtilitate tam in villa quam extra villam cum conſenſu vxoris mee et heredum meorum vendidi perpetuis temporibus poſſidendos, Promitto etiam eis fide data quod dictorum manſorum et caſarum eis veram preſtare volo warandiam vbicunque ipſis neceſſe fuerit et quotienscunque fuero requiſitus, Nos etiam ghiſo de Landeſberghe henricus de eycſen. Marquardus de Broke. Bodo om recognoſcimus quod notum eſt nobis quod henricus de holle predictus et filia ſua et filii ſui Conradus et Sanderus dimiſerunt cum bona voluntate de manſis et caſis antedictis Datum anno domini MCCCXXXIIII.

Siegel des Heinrich von Holle.

Urk. 180.

Ritter Johann von Herbergen thut kund, daß Jordan von Ilten dem Kloſter Barſinghauſen im Goding zu Horſt das Obereigenthum einer halben Huſe Landes nebſt einer halben Kothe zu Vardegötzen (im Kirchſp. Jeinſen Amts Calenberg) übertragen hat. 25. Januar 1334.

Vniuerſorum tam preſencium quam futurorum noticie preſentibus ſit apertum, quod Ego Johannes de Herberghen miles, anno domini M°CCC°XXX°IIII° in die Conuerſionis beati pauli apoſtoli in loco quodam qui dicitur Horſt cuidam plebicito uel generali Judicio quod

Digitized by Google

dicitur Godinc prefedi tamquam Judex. In quo Jordanus fenior de Iltene, famulus, in wlgi tocius et mei prefencia conſtitutus omnium heredum ſuorum pleno cum conſenſu Jus patronatus ſeu proprietatis vnius manſi dimidii in Campis ville vordegodeſſen ſiti ac dimidietatem Cafe ibidem cum omnibus ſuis iuridictionibus ac ſingulis pertinenciis domino prepoſito ac Conuentui in bercingehuſen in poſſeſſionem perpetuam legittime reſignauit, omni penitus jure renuncians quod ipſi (*sic*) uel ſui heredes in predictis bonis poſſent in poſterum quomodolibet ſufcitare. In cuius reſignacionis euidens teſtimonium meum ſigillum in hac parte judicis preſentibus eſt appenſum Ceterum Nos borchardus prepoſitus in wenigeſſen Helmicus de beninchuſen famulus qui dicti Judicii ſuimus aſſeſſores prefatam reſignacionem rite factam in Judicio preſentibus proteſtamur Datum et actum anno et die vt ſupra.

Das erſte und zweite Siegel abgefallen, das Siegel des Knappen Helmich von Beuningſen vorhanden.

Urk. 181.

Die Gebrüder von Ilten verſprechen dem Propſte zu Barſinghauſen, dafür zu haften, daß die Söhne ihres Vaterbruders Jordan die von ihnen vollzogene Uebertragung des Obereigenthums von Gütern zu Vardegötzen genehmigen werden. 25. Januar 1334.

(Vergl. die vorſtehende Urkunde.)

Nos Thidericus Johannes et Bertoldus fratres dicti de Iltene famuli recognoſcimus prefentibus firmiter proteſtando quod fide data manuiunctim promiſimus et in hiis ſcriptis promittimus.. domino prepoſito in bercingehuſen et ſuo Conuentui quod filii Jordani noſtri patruelis cum ad annos diſcrecionis peruenerint debitam reſignacionem cuiuſdam manſi dimidii ſiti in vordegodeſſen cum dimidietate cafe ibidem facere non negabunt quando a dicto Conuentu fuerint requiſiti nec amplius inpeticionem in bonis eisdem facient aliqualem. In cuius rei euidens teſtimonium noſtra ſigilla preſentibus ſunt appenſa. Datum anno domini M°CCC°XXX°IIII° In die conuerſionis beati pauli apoſtoli.

Das erſte und zweite Siegel abgefallen, das dritte Siegel vorhanden.

Urk. 182.

Die Grafen Gottſchalk und Hermann von Pyrmont ſchenken dem Kloſter Barſinghauſen das Obereigenthum von drei Hufen Landes und einer Curie zu „Sperſe“ [1]), welche die Gebrüder von Winninghauſen ihnen reſignirt haben. 2. Februar 1334.

[1]) Vergl. Note 1 zu Urk. 140 vom 29. Juni 1323.

Digitized by Google

Dei gratia Nos Godefcalcus et Hermannus Comites de peremunt in preſenti litera noſtris ſigillis ſigillata recognoſcimus et publice proteſtamur quod cum Conradus arnoldus Gerhardus Henricus et Bode fratres dicti de Winnichehufen ſamuli ob ſalutem animarum eorum tres manſos (*sic*) in campo ville ſperſe ſitos pheodacionem dimiſiſſent monaſterio beate marie virginis in bercingehufen quos a nobis habuerunt in pheodo et nobis illos libere reſignaſſent noſ recepta ab eis huiusmodi reſignacione dictos tres manſos cum curia et omnibus ſuis pertinenciis et proprietate ipſorum de conſenſu et beneplacito omnium noſtrorum verorum heredum monaſterio predicto donauimus et donamus preſenti litera propter deum vt noſtra et progenitorum noſtrorum memoria perpetuis temporibus ibidem deuotius peragatur. Datum anno domini M.CCC.XXXIIII ipſo die purificacionis virginis gloriose.

Von den beiden Siegeln der Grafen von Pyrmont iſt das erſte zerbrochen.

Urk. 183.

Dompropſt Heinrich von Lippe zu Minden überträgt an Thethard von Lubbersen und Arnold von Gehrden vier Hufen Landes und eine Kothe zu „Stedere“ [1]) auf Erbenzins, welche Ludolf von Stedern denſelben verkauft hat. 3. April 1334.

Nos Hinricus de Lyppia maioris eccleſie Minden' prepoſitus Recognoſcimus et in hiis ſcriptis publice proteſtamur Quod conſtitutus coram nobis Ludolfus gerhardi de ſtedere Recognouit Se thethardo de Lubbeldeſen et arnoldo de gerdhen et eorum veris heredibus quatuor manſos et vnam caſam in ſtedere pro ſedecim Marcis bremenſis argenti perpetuo poſſidendos vendidiſſe propter quod idem Ludolfus gertrudis eius vxor thetmarus et heynikinus eorum filii ac eorum filie de conſenſu omnium ſuorum heredum antedicta bona coram nobis vt moris eſt reſignarunt vnde nos ante nominatis thethardo et arnoldo et eorum vxoribus ſcilicet mettiken vxori eiusdem thethardi et adelheidi vxori ipſius arnoldi ac omnibus ipſorum veris heredibus Sepedictos quatuor manſos et caſam cum omnibus vtilitatibus pertinentiis ac prouentibus quibuscunque jure emphitheotico quo prememorati venditores eadem bona habuerunt aſſignauimus conferendo et ad maiorem cautelam aſſignamus conferimus in hiis ſcriptis sue pacto emphitheoſis videlicet decem wichfcepel ſiliginis et triginta cloſterſcepel auene cum tribus porcis ſimiliter ſecundum dimidium ſertonem valentibus et vna perna quod diciter eyn bake et quinque ſolidos Mynden' nobis et noſtris ſucceſſoribus annuatim de eiſdem bonis nomine emphitheocici pactus dandos et miniſtrandos expedite Teſtes autem huius ſunt Johannes dictus Scele eccleſie Mynden' cantor noſter concanonicus frater Hinricus dictus gyrike cruce ſignatus wernherus de haſle eccleſie Sancti Johannes mynden' canonicus et ludolfus de bordeleue

[1]) Vergl. Note 1 zu Urk. 95 vom 6. October 1304.

Digitized by Google

ciuis Mynden' et alii quam plures fide digni In maiorem vero euidenciam predictorum Sigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Datum anno domini M.CCC.XXX. quarto Dominica quaſimodo geniti.

Siegel des Dompropſtes.

Urk. 184.

Die Gebrüder Walter und Johann von Wertingehuſen begeben ſich zu Gunſten des Kloſters Barſinghauſen aller Anſprüche an Güter zu „Eldinchuſen“ [1]). 4. Juni (Pentec.) 1335.

[1]) Vergl. Note 1 zu Urk. 83 vom 26. Februar 1302.

Urk. 185.

Die Gebrüder von Goltern begeben ſich zu Gunſten des Kloſters Barſinghauſen aller Anſprüche an die „Heytmolen“, an zwei Hufen Landes und eine Curie zu Groß-Goltern (Amts Wennigſen), eine Hofſtelle zu Nordgoltern (im Kirchſp. Groß-Goltern) und eine Hofſtelle zu Egeſtorf (im Kirchſp. Barſinghauſen). 1. Juli 1336.

Nos arthus Thidericus ludolfus Johannes et lambertus fratres filii domini Thiderici militis dicti de Golturne renunciamus in hiis ſcriptis libere et expreſſe, omni juri ſi quod nobis in molendino dicto Heytmolen et in duobus manſis et vna curia in magno Golturne, nec non in vna area in Nortgulturne, et vna area in efedeſtorpe, ac in omnibus dictorum bonorum pertinenciis, competit uel poteſt competere, quoquo modo in preſenti, aut eciam in futuro, promittentes in hiis ſcriptis per fidem noſtram, quod monaſterium in bercinghehuſen, cui eadem bona de jure pertinere recognoſcimus, nunquam ſuper hiis moleſtabimus, nec eidem mouebimus de bonis huiuſmodi vmquam aliquam queſtionem, Dantes has litteras noſtris ſigillis munitas prefato monaſterio in teſtimonium et cautelam. Datum anno domini M°CCC°XXX°VI° Kalendas Julii.

Von fünf Siegeln fehlt das vierte.

Urk. 186.

Biſchof Ludwig zu Minden verfügt, daß die Einwohner des Dorfs Barſinghauſen ohne Erlaubniß des Propſtes keine Gebäude auf dem dortigen Kirchhofe errichten ſollen. Minden, 26. October 1336.

Nos lodewicus dei gracia Mindenſis eccleſie Episcopus recognoſcimus per preſentes quod anno domini M°.CCC°.XXX°VI° XVII. Kal. nouembris in noſtra Episcopali ſynodo per..

Digitized by Google

prepoſitum Monaſterii in bercinghehuſen nobis extitit ſupplicatum, Quatinus vtrum Incole ville bercinghehuſen in cymiterio ipſius monaſterii absque licentia prepoſiti poſſint aliqua edificia conſtruere uel quidquam ſibi iuris in eo preter ſepulturam eccleſiaſticam vendicare jus dicere dignaremur. Nos igitur ſuper hoc cum noſtro.. capitulo deliberacione prehabita diligenti. auctoritate ſynodali ius dicimus quod dicti villani de bercinghehuſen non poſſunt nec debent de iure in cymiterio predicto aliqua edificia conſtruere niſi petita ſuper hoc licentia.. prepoſiti et obtenta. De edificiis autem in prefato cymiterio iam de facto conſtructis ſic duximus prouidendum quod cum proprietas loci et juriſdictio eiuſdem ipſi monaſterio pertinere dinoſcatur illa de quibus poteſt eidem monaſterio periclum non imminet, dummodo ordinetur in amicicia.. prepoſiti poterunt tollerari. ſuper quibus ne dubium in poſterum oriatur preſatum monaſterium preſenti ſcripto ſigilli noſtri appenſione firmato duximus muniendum. Actum et Datum Minde. Anno et die predictis.

Siegel des Biſchofs Ludwig zu Minden (geiſtlich, mit einem Löwen im Schilde).

Urk. 187.

Archidiakon Everhard von Waldeck zu Wunſtorf beſtimmt, nachdem ihm Gerhard Slame, Canonicus daſelbſt, am 11. December 1336 berichtet hat, daß die Zeugen in Sachen des Propſtes zu Barſinghauſen gegen die Kirche zu Kirchwehren wegen eines Zehntens zu Kirchwehren zu Gunſten der Kirche ausgeſagt haben, die nächſte biſchöfliche Synode zum folgenden Termine. Wunſtorf, 9. Januar 1337.

(Vergl. Urk. 188 vom 8. Juni 1337.)

Honorabili ac immenſe nobilitatiſ viro domino Euerhardo de Waldecke archidiacono in Wnſtorpe Gerhardus Slame Canonicus wnſtorpenſe ſe ſeruilem in omnibus et noticiam facti subſequentiſ, ad mandatum veſtrum teſtef productof et plebano in wegedorne ſuper decima quorundam agrorum ad eccleſiam ſuam ut dicit pertinentium prepoſito in berſingehuſen ſuper hiiſ coram nobis queſtionem faciente teſtef examinauimus in hunc modum, Tydericus de Goltorne milef primus teſtiſ juratus et interrogatus ait ad primam interrogacionem. quod ſibi conſtat ex certa ſcientia. quod decima ſex jugerum ab eccleſia in wegedorne ſit poſſeſſa Quinquaginta annis et amplius iuſto titulo donationiſ fuorum progenitorum. videlicet domini artuſ Johanniſ. Ludolfi et tyderici militum de Goltorne. qui hof agrof ex filuiſ non cultiſ in agrof redactiſ et partim cultiſ donauerunt eccleſie cum decima. Reynerus alerinhorſt famulus ſecundus teſtiſ juratus et interrogatus dicit ut primus ſed addit quod octo ſunt jugera decimalia eccleſie predicte. arnoldus ketelhot tercius teſtis juratus et interrogatus dicit quod duodecim anniſ moratus ſit in villa wegedorne. quod ſemper decimam ſoluebat eccleſie ſepedicte neſcit tamen quot ſint jugera Benne quartus teſtis juratus et interrogatus dicit quod decima ſex jugerum pertineat eccleſie et poſſeſſa ſit a tempore cuius non eſt memoria.

Digitized by Google

et hoc audiuit a patre suo qui fuit centum annorum. Johannes kostere quintus testis juratus et interrogatus dicit simpliciter sicut benne. Johannes konegundis sextus testis juratus et interrogatus dicit sicut alij et quod nunquam eis fuerit mota questio de decima nisi nunc et sine interruptione aliqua eam usque in hec tempora pacifice possiderunt Datum et actum Wnstorpe in ecclesia Wnstorpe anno domini MCCCXXX sexto in die beati damasi pape Terminum ad aperiendum dicta testium coram vobis Minde feria quarta post octauam epyphanie domini partibus prefigimus vtrobique.

Et nos archidiaconus in Wnstorpe. attestationibus huiusmodi nobis prefentatis publicatis et lectis coram nobis copia ipsarum hinc inde partibus per nos tradita. dictis partibus et precipue ipsi preposito in bessingerhusen ad dicendum sine ex...p.endum contra testes .... et eorum dicta prefigimus pro termino Synodum proximam episcopalem et vlteriuf procedendum quemadmodum expostulat ordo juris, „Datum feria quarta post octauaf epyphanie anno domini MCCCXXXVII.

Siegel des Archidiakons zu Wunstorf.

Urk. 188.

Propst Johann zu Barsinghausen und Kirchherr Johann zu Kirchwehren (Amts Blumenau) melden dem Archidiakone Everhard von Waldeck zu Wunstorf die getroffene Beilegung ihres Streits über den Zehnten von einigen Aeckern zu Kirchwehren. 8. Juni 1337.

(Abgedr. bei **Scheidt** v. Adel S. 354. — Vergl. Urk. 187 vom 9. Januar 1337.)

Honorabili viro domino suo kariſſimo domino Euerhardo de waldegke archidiacono wnstorpienſi Johannes prepositus in bercingehusen et johannes plebanus in wegerden honoris et obsequii quantum possunt. Ad honestatis vestre noticiam deducimus per presentes quod in causa que inter nos hinc et inde super decima quorundam agrorum ad fabricam ecclesie in wegerderen pertinencium vertebatur. Compositionem amicabilem injuimus in hunc modum videlicet quod ego Johannes plebanus in wegederen predictus et Thidericus dictus Rust meus in hac parte collega. habentes ad hoc a villanis in wegereden (*sic*) et ab omnibus quorum interest plenum et sufficiens mandatum renunciauimus et renunciamus in hiis scriptis decime jugerum predictorum et omni juri quod nobis hactenus addiximus imo vfurpauimus in eadem volentes vt monasterium in bercingehusen exnunc et in antea de prefatis agris decimam percipiat libere et quiete Et ego Johannes prepositus predictus. expensus occasione dicte cause factis et fructibus tempore vfurpacionis perceptis et omni actioni que mihi aut monasterio in bercingehusen contra plebanum et villanos predictos competunt vel possent competere in hac parte renunciaui et renuncio in hiis scriptis. vt igitur compositio huiusmodi obtineat firmitatem presentes litteras inde conscribi et sigillis nostris fecimus communiri, Rogantes honestatem vestram quod eam auctoritate judiciaria confirmetis Datum anno domini M°CCC°XXX°VII° sexto ydus Junii.

Siegel abgefallen.

Digitized by Google

Urk. 189.

Propſt Johann, Priorinn Bertrade und der Convent zu Barſinghauſen ſtellen dem Diederich von Holtenſen, dem Kirchherrn Diederich zu Hohenboſtel und dem Hildebrand von Hus eine Schuldverſchreibung über 60 Mark aus. 10. Juni 1337.

Nos Johannes prepoſitus Bertradis prioriſſa totusque Conuentus ſanctimonialium in Bercingehuſen recognoſcimus per preſentes, quod domino Thiderico dicto de holthuſen et domino Thid. plebano in honborſtolde patruo ſuo. ac hildebrando dicto de hus famulo in ſexaginta marcis bremenſis argenti tenemur honouereuſis ponderis et valoris quas eis in feſto paſche nunc proximo perſoluemus ſi hoc a nobis popoſcerint in Carnispriuio ipſum pascha proxime precedenti, verum ſi ipſi prefatam pecuniam nobis vltra dimittere voluerint tunc quolibet anno in feſto pasche quamdiu dictam pecuniam habuerimus dabimus eis ſex marcarum dicti ponderis et argenti annuam penſionem Cum uero ipſi ſepedictam pecuniam rehabere aut nos penſionem huiuſmodi ab eis abſoluere voluerimus. Hoc nos eis. aut ipſi nobis. inter feſtum purificacionis et carnispriuium tenebimur intimare et tunc in feſto pasche proxime ſequenti eis ſexaginta marcas prefatas cum penſione illius anni ſine difficultate aliqua perſoluemus Statuentes eis ſex fideiuſſores infraſcriptos quorum ſi aliquem quod abſit medio tempore contigerit mori. alium bonum fideiuſſorem in locum eius infra menſem poſtquam requiſiti fuerimus ſtatuemus. Et nos Rabodo de harboldeſſen miles Johannes de Gledinghe. Otto de Roden. Bertoldus de hvs. Gerhardus doteſche et ludegerus de bekderſen famuli. dominis thiderico et Thiderico dictis de holthuſen ac hildebrando de hvs. famulo antedictis fide data promittimus in hiis ſcriptis. quod ſi defectus aliquis quod abſit euenerit in premiſſis aut aliquo premiſſorum infra quindenam poſtquam pro eo moniti fuerimus ciuitatem honouere more fideiuſſorum intrabimus ad jacendum abinde non pernoctaturi niſi ſuppleto defectu aut ipſorum fuerit voluntatis. ſigilla noſtra vna cum ſigillis prepoſiti et Conuentus predictorum preſentibus apponentes Datum anno domini MCCCXXXVII feria tercia penthecoſtes.

Siegel des Propſtes und des Convents zu Barſinghauſen.

Urk. 190.

Propſt Brüning zu Minden belehnt die Gebrüder Burchard und Jordan Homeiger mit zwei Hufen Landes zu „Stedere“ [1]), welche Dethard von Lubbeldeſſen ihnen verkauft hat. 18. November 1337.

[1]) Vergl. Note 1 zu Urk. 95 vom 6. October 1304.

Digitized by Google

Urk. 191.

Der Official der Mindener Curie befiehlt den Geistlichen der Diöcese Minden, insbesondere zu Aplern (Hessen-Schaumb. Amts Rodenberg), ihre Parochiane zu veranlassen, daß sie Alles, was sie von Gütern des verstorbenen Diederich von Holthusen besitzen, dem Propste zu Barsinghausen als Testamentsvollstrecker abliefern. 27. Februar 1339.

Officialis Curie mynden vniuerſis plebanis ſeu vice plebanis diuinorumque rectoribus per ciuitatem et dyocefem Mynden Conſtitutis et precipue plebano uel eius vices gerenti in apeldoren Salutem in domino. Cum Thidericus quondam de Holthuſen clericus in ordine Subdiaconatus conſtitutus. Teſtamentum vltime ſue voluntatis diſpoſuerit et fecerit et eiuſdem ſui teſtamenti. Executores. ſcilicet honorabilem virum prepoſitum monaſterii in Barſinghuſen cum ſuis deputatis ſpecialiter ad hoc collegis. conſtituerit. vobis et cuilibet veſtrum in ſolidum qui requiſite fueritis jn virtute ſancte obediencie diſtricte precipiendo mandamus quatenus vos qui requiſiti fueritis veſtros parrochianos et ſubditos prout vobis ſubſunt publice de ambene et in veſtris ſermonibus peremptorie moneatis vt quicunque de rebus aut de bonis dicti thiderici defuncti hic illictis quicquam habuerit ſeu qui eidem in aliquo uel aliquibus indebitati ſeu obligati fuerint. dictis eius teſtamentariis infra quindenam a veſtra monicione continuam reddant repreſentent et perſoluant vt tenentur alioquin contra ipſos et quemlibet ipſorum via iuris procedemus. Reddite literas ſigillatas vos qui fueritis requiſiti Datum anno domini MCCCXXX nono Sabbato ante dominicam qua cantatur Oculi mei ſemper.

Urk. 192.

Notariatsdocument über einen Streit zwischen dem Propste zu Barsinghausen und Lutbert von Slom, wegen einiger Güter zu Eschere (Escher im Kirchsp. Hattendorf Hessen-Schaumb. Amtes Oberukirchen). 13. Mai 1339.

Urk. 193.

Boldewin und Diederich von Sudersen begeben sich aller Ansprüche an einen Morgen Landes zu Lemmede (Lemmje im Kirchsp. Gehrden Amts Wennigsen). 29. September (Michaelis) 1340.

Urk. 194.

Die Gebrüder Berthold und Hildebrand Hus bezeugen, daß der Propst Johann zu Barsinghausen ein Grundstück an den Meyer Marquard zu Emebechusen

Digitized by Google

(Eimbeckhausen Kirchdorf Amts Lauenau) verpachtet hat. 25. November (Catherin.) 1340.

Zwei Siegel.

Urk. 195.

Die Gebrüder Johann und Arnold von Lo bestätigen dem Kloster Barsinghausen die Freilassung einer Leibeigenen. 23. Januar 1341.

Nos Johannes et arnoldus fratres dicti de lo Recognoscimus per presentes. quod sicut olim pater noster pie memorie. ludolfus dictus de lo jus proprietatis quod in berta dicta de Riuo et eius pueris habuerat monasterio in bercingehusen. dimiserat jta et nos post mortem dicti patris nostri factum ipsius ratificantes jus proprietatis eiusdem monasterio dimisimus antedicto In cuius rej testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa Datum anno domini M.CCCXLI. X kalendas februarii.

Siegel abgefallen.

Urk. 196.

Der Official der Mindener Curie befiehlt den Kirchherren in Pattensen und Groß-Munzel (Amts Blumenau), die Gebrüder von Holtensen aufzufordern, das Kloster Barsinghausen von einem Anspruche des Johann von Rintelu, Canonicus zu Wunstorf, zu befreien. 27. Februar 1341.

Officialis curie Minden Discretis viris in Pathenhusen et in Munslo plebanis vel eorum vices gerentibus salutem in domino, vobis sub pena suspensionis ab ingressu ecclesie districte precipiendo mandamus Quatinus Conradum et Henricum fratres dictos de holthusen peremptorie moneatis vt prepositum et Monasterium de bercinghehusen ab impetitione domini Johannis de rintelen canonici Wnstorpen infra quindenam proximam eripiant faciant et indempnes quemadmodum dicti fratres preposito et Conuentui predictis fide interposita promiserunt, prout per patentes literas sigillis ipsorem sigillatas coram nobis in iudicio est probatum alioquin ex tunc prefatos conradum et henricum quos in nomine domini excommunicamus in hijs scriptis excommunicatos denuntietis singulis diebus dominicis coram plebe donec a nobis aliud receperitis in mandatum. Reddite litteras sigillatas Datum anno domini MCCCXL primo feria tercia post dominicam qua cantatur Inuocauit me.

Urk. 197.

Propst Brüning und die übrigen Commissarien des Bischofs Ludwig zu Minden beauftragen den Gottschalk zu Barsinghausen, die Vollziehung der gegen

Digitized by Google

das Kloſter Barſinghauſen erkannten Bannſtraſe bis zum 9. September aufzuſchieben. 28. Juni 1341.

. . Bruninghus prepoſitus Johannes ſcele cantor, volcmarus prepoſitus ſancti iohannis, et hinricus grip canonici eccleſie mindenſis, Reuerendi in chriſto patris ac domini lodewici epiſcopi eccleſie eiuſdem commiſſarii. et cetera. Diſcreto viro domino godeſcalco in berſinghehuſen ſalutem in domino. Sentencias excommunicacionis et ſuſpencionis ab ingreſſu eccleſie per nos latas contra . . prepoſitum . . conuentum et fratres . . conuerſos in berſingehuſen ratione procuracionis duplicis hac vice dande, vſque ad craſtinum natiuitatis virginis glorioſe relaxamus per preſentes, vobis mandantes, quatenus eoſdem abſoluatis cum iniunctione penitencie ſalutaris quos et nos abſoluimus in hiis ſcriptis, Ita tamen, quod ſi infra hinc dictam procuracionem non exſoluerint, extunc penis priſtinis ipſos volumus ſubiacere alio mandato non exſpectato, Datum anno domini M°CCC°XXXX°I° In vigilia beatorum petri et pauli apoſtolorum ſub ſigillo . . cantoris predicti.

Siegel abgefallen.

Urk. 198.

Ulrich Perſek verſpricht, das Kloſter Barſinghauſen wegen der Gülter, Vogtei und Leute des Amtes (officii) zu Hohenboſtel, wegen 9 Aecker in Bredenkampe, einer Hofſtelle in Barſinghauſen, einiger Leute und wegen des Zehntens zu Bokeloh und einer halben Huſe zu „Elcefen“ nicht weiter beunruhigen zu wollen. 2. Auguſt 1341.

(Vergl. Urk. 152 vom 6. April 1327.)

Ego Olricus dictus perſic famulus promitto per fidem meam in hijs ſcriptis quod monaſterio in bercingeh̄ ſuper bonis et aduocatia. ac hominibus. officii in Homborſtel. nouem jugeribus in bredenkampe vna area in uilla bercingeh̄. nec non ſuper hominibus dictis burmeſteringe et Thammen. Decima in bocklo. et dimidio manſo in Elcefen nunquam mouebo amplius aliquam queſtionem. nec illud ſuper hijs aliqualiter moleſtabo. Recognoſco enim̄e dudum dictis bonis et hominibus. vna cum fratribus meis. jn judicio renunciaſſe. libere et expreſſe. apponens Sigillum meum preſentibus in teſtimonium et cautelam Datum anno domini M.CCCXLI. IIII nonas auguſti.

Siegel des Ulrich Perſek.

Urk. 199.

Archidiakon Juſtaz von Slon zu Lohe (Kirchdorf Amts Nienburg) quittirt dem Kloſter

Barſinghauſen über den Empfang eines Präbendal-Zinſes. 16. December 1342.

Nos Juſtacius de Slon, archidiaconus in lo in eccleſia Mindenſi tenore preſencium recognoſcimus publice proteſtando, Quod a religioſis dominabus Conuentu in berſinghehuſen recepimus triginta ſex ſolidos honouerenſium denariorum racione cenſus noſtri prebendalis, Sub tali condicione, quod quandocunque conuentus antedictus, ſiue domine de conuentu antedicto, nobis annonam noſtram, quam nobis racione predicti cenſus noſtri prebendalis exſoluere tenentur, exſoluerunt, ex tunc prefatam pecuniam, ſcilicet triginta ſex ſolidos honouerenſes, eiſdem perſoluemus ſeu reſtituemus integraliter et in toto, In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Datum anno domini M°CCC°XLII° feria ſecunda poſt diem lucie virginis.

Siegel zerbrochen.

Urk. 200.

Proviſor Lippold von Steinberg, Priorinn Berta und der Convent zu Barſinghauſen überlaſſen der dortigen Kloſterjungfrau Jutta von Hallermund eine Kothe zu Barſinghauſen auf ihre Lebenszeit. 25 April 1343.

Nos lippoldus de ſtenberge prouiſor, berta prioriſſa totusque Conuentus ſanctimonialium monaſterii in bertzingehuſen in preſenti litera noſtris ſigillis ſigillata recognoſcimus ac publice proteſtamur quod caſam ſitam in villa ibidem in bertzingehuſen quam nunc temporis Johannes dictus vogel inhabitat quam eciam Godefcalcus ſacerdos pie memorie nobis pro ſalute anime ſue libere contulit, perpetue poſſidendam, et ad hoc nobis ſpecialiter aſſignauit, ut in cena domini noſtri conuentus eo laucius procuretur ad peticionem predicti domini God. domine Jutten de halremunt noſtre conſorori dilecte commiſimus et committimus ad tempora ſue vite vt eo melius et fiducialius procuremur Datum anno domini MCCC. XLIII. in die marci euangeliſte.

Urk. 201.

Bernhard Beneſſen überläßt dem Kloſter Barſinghauſen eine Huſe Landes und eine Hofſtelle zu Meſſenkamp (im Kirchſp. Hülſede Amts Lauenau), behält ſich jedoch die Benutzung derſelben für ſeine Töchter Eliſabeth und Adelheid für deren Lebenszeit vor. 12. Mai (vig. Ascens.) 1344.

Urk. 202.

Die Gebrüder Johann und Arnold von Lo ſchenken dem Kloſter Barſinghauſen

Digitized by Google

das Obereigenthum einer Hufe Landes und einer Hofſtelle zu Meſſenkamp, welche Bernhard Beneſſen zu Lehn getragen hat. 12. Mai 1344.

Nos Johannes et arnoldus fratres et germani ingenui domini de Lo omnibus preſencia viſuris recognoſcimus in hiis ſcriptis. Quod pro remedio animarum noſtrorum parentum et benefactorum noſtrorum proprietatem et dominium directum vnius manſi et aree in meſſenkampe quem et quam bernhardus beneſſen a nobis in feodo tenuit et cuius inveſtitura ad nos ex ſucceſſione[1] paterna huc vſque dinoſcebantur (*sic*) pertinere monaſterio et conuentui in berſigehuſen donamus et legamus et reſignamus in perpetuum habendum optinendum et retinendum et cum bona deliberacione renunciamus omni iuri et actioni quod habuimus in bonis iam predictis et pro liberis noſtris natis et naſituris[2] renunciamus beneficio reſtitutionis in integrum et omni ſubtili machinacioni legis tam canonice quam ciuilis per quam nos uel noſtri heredes predictam donacionem uel legacionem poſſemus inpugnare uel quomodolibet infirmare. In cuius rei teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda[3] Anno domini MCCC.XL.IIII In vigilia aſcencionis[4]).

Siegel des Johann und Arnold von Lo.

---

[1]) ſucceſſione ſtatt ſucceſſione
[2]) naſituris ſtatt naſcituris
[3]) aponenda für apponenda
[4]) aſcencionis für aſſcenſionis

Urk. 203.

Wulbrand, Otto, Gerhard und Bodo, Söhne des verſtorbenen Grafen Gerhard von Hallermund, ſprechen einige Leibeigene zu „Werflingehuſen“ (bei Meſſenkamp) frei, und überlaſſen ſie dem Kloſter Barſinghauſen als Freie. 16. Juli 1346.

Nos Wylbrandus Otto Gherhardus et Bodo Nobiles domicelli de Halremunt omnibus preſens ſcriptum aſpicientibus ſiue audientibus cupimus ſore notum. Quod cum vnanimi conſenſu et voluntate omnium heredum noſtrorum quorum intererat et intereſt. Ludolphum dictum Ekhof de werſingehuſen hildegundim ſororem ſuam que eſt vxor werneri wegheneres ac alheydim vxorem hermanni diderikes in predicta villa morantes et prenominatorum filios et filias nec non omnes heredes ſuos tam generatos quam generandos, Bertoldo et hildebrando fratribus dictis van deme hus a patre noſtro Gherhardo Comiti de halremunt pie memorie et a nobis obligatos manu miſimus et preſentibus manu mittimus ab omni jure litonico vel proprietatis quo huc vſque fuerunt nobis aſtricti. renunciantes omni dominio quod in ipſis habuimus et habemus. et ju honorem beate marie virginis pro ſalute anime patris noſtri antedicti Eccleſie et Conuentui in Berſingehuſen predictos homines penitus liberos reſignamus et ſolutos et vt hec ſingula a nobis firma permaneant et a poſteris noſtris infir-

Digitized by Google

mari non possint sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno domini M.CCCXLVI sequenti die diuisionis apostolorum.

Vier Siegel der Grafen von Hallermund.

Urk. 204.

Der Convent zu Barsinghausen bestätigt die von Seiten der Geschwister Hogheherte geschehene Ueberlassung eines sogenannten Wortzinses aus einer Hofstelle zu Barsinghausen an den Propst zu Barsinghausen. 2. Februar (fest. Purif. Mar.) 1347.

Siegel undeutlich.

Urk. 205.

Heinrich von Waldeck, Propst zu Minden, verpachtet vier Hufen Propsteilandes zu „Stedere“ [1]) an Arnold „upper Nyenstrate“ und Burchard Homeyer zu Gehrden. 23. April 1347.

(Vergl. Urk. 207 vom 14. October 1349.)

Nos henricus de Waldegghe prepositus Mindensis tenore presencium lucide profitemur Quod matura penes nos habita deliberatione bona nobis nomine dicte prepositure pertinencia in Stedere quatuor mansos continentia discretis viris arnoldo vpper Nyenstrate et Borchardo dicto Homeyer oppidanis in Gerden ita quod dicta bona maneant integra et indiuisa locauimus et locamus per presentes tamdiu dicta bona per ipsos possidenda quam diu nos dictam preposituram contigerit retinere jta videlicet quod prefati arnoldus et Borchardus dictorum bonorum locatores censum de ipsis bonis consuetum nobis aut officiato nostro quem ad hoc statuerimus singulis annis in festo beati Michaelis persoluant expedite jn cuius rei testimonium Sigillum nostrum ad causas presentibus duximus apponendum datum anno domini Millesimo CCC.XL septimo Ipso die beati Georgii martiris.

Siegel des Propstes.

[1]) Vergl. Note 1 zu Urk. 95 vom 6. October 1304.

Urk. 206.

Der Official der Mindener Curie befiehlt den Kirchherren in Gehrden und Ronnenberg (Amts Wennigsen). ihre Parochianen zur Zahlung des dem Kloster Barsinghausen schuldigen Zinses aufzufordern. 15. Juni (S. Viti) 1347.

Digitized by Google

Urk. 207.

Wedekind vom Berge, Propſt zu Minden, überläßt vier Hufen Propſteilandes und eine Kothe zu „Stedere“ an Arnold „upper Nienſtrate“ und Burchard Homeyer zu Gehrden. 14. October 1349.

(Vergl. Urk. 205 vom 23. April 1347.)

Nos Wedekindus de Monte Prepoſitus Eccleſie Myndenſis recognoſcimus et per preſentes publice proteſtamur Quod bona ſpectancia ad noſtram prepoſituram ſita in ſtedere ſcilicet quatuor manſos et vnam caſam Arnoldo vpper nienſtrate et borchardo dicto Homeyer iure emphiteotico et pactus conferimus et aſſignamus per preſentes omni iure noſtro quibus honorabilis vir dominus Hinricus de Lippea prepoſitus dicte eccleſie noſter Predeceſſor pie memorie eiſdem contulit et aſſignauit Ita quod dicta bona integra permaneant et indiuiſa et quod Cenſum debitum de ipſis bonis perſoluant tempore debito et prout in litteris ſuper hoc confectis et ſigillo predicti Hinrici prepoſiti ſigillatis continetur quas quidem litteras et omnia in eis contenta preſentibus ratificamus ac eciam in omni ſui forma approbamus In premiſſorum omnium teſtimonium ſigillum noſtrum quo ad cauſas vtimur preſentibus duximus apponendum Datum anno domini MCCCXL nono feria quarta poſt feſtum dyonifii.

Siegel des Propſtes Wedekind.

Urk. 208.

Graf Hermann von Everſtein überträgt dem Stifte Barſinghauſen eine Pfanne Salzes zu Münder. 20. Juni 1350.

Wi her berman van der gnade godes greue to Euerſteyne bekennen openbare in vnſeme breue beſeghelet mit vnſeme in ghebeghele alle den ghenen de on ſeyt vnde horet. Dat wj mit willen vnde mit wlbort vnſer rechten eruen hebbet ghe eyghet vnde eyghet in doſcen jeghenwordeghen breue eyne rechte eyghendum eyne pannen vppe deme ſolte to Mundere Deme cloſtere vnde deme ſtichte to Bercinghehuſen. de ichteſwanne hadde ghe weſen hinrikes van Zidinghehuſen eymes knapen vnde willet des eyghendummes ore rechte warende weſen. wor iſ[1]) on not iſ in allen ſteyden. In cuius rej teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum Datum anno domini MCCC.L die dominica ante feſtum Johannis.

Siegel des Grafen Hermann von Everſtein.

---

[1]) „iß“ ſonſt it.

Urk. 209.

Propſt Hildebrand, Priorinn Bertrade und der Convent zu Barſinghauſen ver-

Digitized by Google

wahren ſich in Betreff einer dem Heinrich von Sydinghehuſen abgekauften halben Pfanne Salzes zu Münder. 18. October 1350.

Dei gratia Nos Hildebrandus prepoſitus Bertradis Prioriſſa Totusque Conuentus ſanctimonialium monaſterij in berzinghehuſen in preſenti litera noſtro ſigillo ſigillata recognoſcimus ac publice proteſtamur Quod Mecthildis Seldenbud Ghermodis dicta Seldenbud, Alheydis et Emma de roden noſtre ſorores clauſtrales dimidietatem ſartaginis ſalis in ſalina Mundere conſtituta de proprio comparauerunt a Henrico famulo dicto de Sydinghehuſen Tali forma quod dicte quatuor conſorores noſtre predictam medietatem ſartaginis atempora[1]) vite ſue abſque impedimento aliquo cum omni fructu et vtilitate pacifice poſſidebunt, ita ſi vna moriretur alie ut premiſſum eſt de redditibus dicte ſartaginis pacifice gaudebunt, omnibus autem predictis Conſororibus noſtris in domino defunctis dicti redditus predicte ſartaginis ad Conuentum noſtrum conuertentur Tali modo quidquid de ipſis ordinauerint intra noſtrum Conuentum fideliter miniſtretur, Proteſtamur eciam quod quicunque uel quecunque hanc literam poſt obitum ipſarum habuerit uel ab ipſis preſentata fuerit illi ad manus dominarum predicti redditus debent totaliter miniſtrari In cuius rei euidenciam ne poſteris oriatur dubium preſens ſcriptum fecimus noſtro Sigillo communiri. Datum anno Domini M.CCC. Quinquageſimo In die Luce ewangeliſte.

Siegel des Kloſters Barſinghauſen.

---

[1]) atempora hat wahrſcheinlich attempora heißen und für ad tempora ſtehen ſollen.

Urk. 210.

Biſchof Gerhard zu Minden bekennt, dem G(erhard) Doteſchen und B. von Megdevelde ſechs Mark ſchuldig zu ſein. 12 November (Crast. Martin.) 1350.

Urk. 211.

Segebodo von Thune, Archidiakon zu Pattenſen, befiehlt dem Vice-Kirchherrn daſelbſt, den Kirchherrn Ludolf zu Jheynhuſen (Zeinſen Amts Calenberg) zur gütlichen Einigung mit Gerhard Doteſchen zu veranlaſſen. 19. Mai (Sabb. p. Ascens.) 1352.

Siegel abgefallen.

Urk. 212.

Geſe von Krempeſche zu Hameln verkauft an Bodo von Heſenſe einen Hof zu

Digitized by Google

Hülsede (Kirchdorf), eine halbe Hufe Landes auf dem Felde zu Schmarrie (im Kirchsp. Beber) und fünf Morgen auf dem Felde zu Messenkamp (im Kirchsp. Hülsede Amts Lauenau). 16. October 1353.

(Vergl. Urk. 214 vom 25. Januar 1355.)

Ek ver Ghese de krempesche borghersche to Hamelen vnde we Henrikes, alheyd vnde ylsebe ore kyndere bekennet vnde betughet openbare in dessem breue de beseghelet is myd mines vorsprokenen Henrikeses jngheseghele des we alle bruket to dessen dyncghen de hir vnder bescreuen stat dat we hebbet verkoft eynes rechten kopes myt vulbort vnde myt willen al vser rechten erven vnde al dere de mit rechte dar icht an spreken mochten enne hof to hvlsede dar happe vppe wonet, vnde ene halue houe landes dere lighet teyn morghene eynes vorlyncghes myn, vppe deme velde to Smeryncghe vnde vif morghene vppe dem velde to Messenkampe mid alleme rechte vnde mid aller sclachter nod. Boden van Hecensen vnde Druden Johannes dochter van Hecensen vor Tvelf pvnd pennyncghe de ghyncge vnde gheue syn to eyme rechten erue ewelikeu to besittende dat we dar nicht mer an betalen moghen vnde dit vorsproken gvd moghen se keren wor it on bequeme is, behaluer ienighe vse wedersprake vortmer ek calewerenghis Raadman to Hamelen to eyner betughincghe vnde to eyner wischvp alle desser vorbescreuenen dynk dor bede willen vern Ghesen der krempeschen vnde orer kyndere de hir vorebenomd syn hebbe ek myn Jngheseghel ghehancghen laten to dessem breue de ghe gheuen is na goddes bort Dritteynhundert jar In deme dre vnde viftighesten jare jn svnte Gallen daghe.

Urk. 213.

Ulrich Persek begiebt sich zu Gunsten des Klosters Barsinghausen aller Ansprüche an eine Hofstelle zu Barsinghausen. 25. November 1353.

Nos olricus dictus persigh famulus recognoscimus per presentes quod aream quandam citam in villa bersighusen que a nostris progenitoribus et a nobis contra iniustam petitionem hucusque permansit inculta. cum fuimus informati a multis fide dignis quod nichil iuris in eadem area vendicare possimus. Renunciamus omni impetitione (*sic*) et actione, si qua competeret de area prenotata. et damus liberam potestatem preposito sancte marie in bersighusen ac toto conuentui locandi edificandi disponendi secundum placidum eorundem. Addicientes si aliquis ex nostris consangwineis uel amicis vellent molestare ecclesiam de area antedicta. hoc nos quando requisiti fuerimus totaliter debemus disbergare et veram warandiam de area predicta prestare loco oportuno. hec omnia prenarrata promittimus preposito prioriffe et toto conuentui inviolabiliter obseruare Datum et actum anno domini MCCC quinquagesimo tercio ipso die beate katerine virginis.

Siegel des Ulrich Persek.

Urk. 214.

Bodo von Hesense schenkt den Kirchherren zu Luttringhausen (Amts Wennigsen) und zu

Digitized by Google

Beckedorf (Amts Nodenberg) eine halbe Hufe zu Schmarrie (im Kirchsp. Beber), wovon fünf Morgen zu Messenkamp (im Kirchsp. Hülsede Amts Lauenau) liegen. 25. Januar 1355.

(Vergl. Urk. 212 vom 16. October 1353.)

Ek Bode van hesense knape bekenne vnde betughe in dessem breue. Dat ek hebbe gheuen dot vpen heren god ene halue houe to Smeringhe, de ek coste van dere krempeschen to Hamelen vnde van orme sone dere vif morghene ligghet to Meesencampe mit alleme rechte vnde mit aller nud to troste vnde to gnaden miner sele vnde drudeken sele van hesensen vnde al vser olderen vnde aller cristenen sele, den kercheren to Loteringhehusen vnde to Bekedorpe vnde oren nakomelinghen eweliken to blivende aldus beschedeliken dat en iuwelich desser prestere scal holden alle mandaghe ene selmisse in de ere vses heren goddes vnde sente Marien vnde alle goddes vrighen. Ok scolet se hir afgheuen to pacht dem Bysscope van Mynden seuen Hymmeten haueren vnde achte haluen penninc honouersch alle iar vppe dat dit wast vnde ewich bliue so hebbe ek ghebeden hern Ludolue van vbbelstede den kercheren van Wennekessen[1]) vnde Bertolde van dem hus went ek vppe desse thiit nen eghen Ingheseghele ne hebbe dat se ore Ingheseghele to dessem breue ghehenghet hebbet vnde wi benomden bekennet dat wi dor bede willen boden van hesensen vse Ingheseghele to dessem breue hengket hebbet to ere betuginghe Datum anno domini MCCC quinquagesimo quinto in Conuersione sancti Pauli

Zwei Siegel.

---

[1]) Wennigsen.

Urk. 215.

Propst Hildebrand von Lenthe und der Convent des Klosters Barsinghausen verkaufen zwei Kothen außerhalb des Dorfs Barsinghausen für sieben Pfund Wachs zum Lichte auf dem Chore. 28. Februar (Dom. Exurge) 1356.

Siegel abgefallen.

Urk. 216.

Dechant Bertold an der Kirche St. Crucis zu Hildesheim schlichtet einen Streit zwischen dem Convente zu Barsinghausen und der Klosterfrau El. von Woltorpe daselbst. 13. November (Bricii) 1356.

Urk. 217.

Die Gebrüder Otto und Gerhard, Grafen von Hallermund, schenken dem Convente zu Barsinghausen das Obereigenthum einer Pfanne Salzes in Münder, welche der Convent von einigen Bürgern zu Münder gekauft hat. 5. Januar 1357.

Digitized by Google

Nos dei gratia Otto et Gherhardus fratres Comites de halremund vniuerſis ad quorum notitiam preſentia contingerit peruenire pro eterna rei geſte memoria cupimus ſore notum quod ex mature deliberacionis conſilio inter nos prehabito pro remedio et ſalute animarum noſtrarum et iam parentum quam eciam ſucceſſorum noſtrorum cooperante nobis gratia gratis dantis Conſenſu vnanimi decreuimus sperantes in hoc nos gratam et acceptam hoſtiam oblaturos omnium virtutum origini illi ſcilicet virgini que eſt virgo et mater ſiderei et eterni imperii principis jheſu chriſti offerre et liberaliter donare Cenobio et Monaſterio in bercinghehuſen et jam in hijs corde manu et ore ſupplices offerimus et donamus jus proprietatis ſalis ſartaginis in Munder qvam predicti Monaſterii prepoſitus jn vſus ſanctimonialium et Conuentus ibidem juſte Emptionis titulo quondam a mathia ſwenghel famulo, hinrico olrici necnon hermanno Cuningh opidanis in Mundere cum omnibus ſuis juribus et attinentijs pro quindecim Marcis bremenſis argenti in perpetuum poſſidendam comparauit, Cum vero prefate ſartaginis proprietas ad nos jure hereditario ſpectabat eidem clauſtro liberam et in vere proprietatis poſſeſſionem perpetuam dimittentes eandem ne vero dictum monaſterium in huiuſmodi donacione per nos vel per noſtros ſucceſſores aliquo queſito colore poſſit in poſterum aliqualiter defraudari renunciandum duximus et in nomine domini renunciamus ſub appenſione noſtrorum in teſtimonium ſigillorum per preſentes sub anno domini MCCC. quinquageſimo ſeptimo jn vigilia Ephyphanie domini.

Siegel der Grafen Otto und Gerhard von Hallermund.

Urk. 218.

Arnold und Diederich Holtgreve verkaufen dem Propſte Heinrich, der Priorinn Bertrade und dem Convente zu Barſinghauſen eine Curie und zwei Hufen Landes zu Eckerde (im Kirchſp. Groß-Goltern Amts Wennigſen). **25. Mai 1357.**

(Vergl. die nachſtehenden Urk. 219 und 221.)

Nos arnoldus filius hinrici famuli et Thidericus filius Thiderici Militis quondam dicti holtgreuen Recognoſcimus noſtris ſub ſigillis preſentibus publice proteſtantes quod cum conſenſu omnium noſtrorum heredum quorum intererat ſeu in poſterum poterit aliqualiter interesse libera voluntate vendidimus et in hijs ſcriptis pro certa pecunie quantitate nobis integraliter perſolute pleno jure vendidimus jn quietam poſſeſſionem dimittentes domino hinrico prepoſito bertradi prioriſſe totique Conuentuj Monaſterii bertzingehuſen et ad manus eius fidas nobili Comiti ottonj de halremund nec non Juſtacio buſche famulo Curiam noſtram et duos Manſos jn villa et in campis Eckere ſitos, quos Johannes et Conradus fratres dicti balge a nobis jn pheodo tenuerunt, et libere reſignarunt cum omnibus ſuis juribus et attinencijs perpetuis temporibus pacifice poſſidendos nichil nobis noſtrisque ſucceſſoribus juris in eiſdem bonis penitus referuantes volumus eciam prepoſito et conuentuj predictis, et ad eius fidas manus nobili domino Ottoni Comiti de halremund ac juſtacio dicto buſche huius-

Digitized by Google

modi bonorum veram preſtare warandiam vbi et quando eis neceſſe fuerit et a nobis fuerit requiſitum, preterea nos Thidericus holtgreue morans in Rodenberghe fredericus filius quondam frederici militis de ſtedere lodewicus de goltorne et hillebrandus filius Thidirici quondam dicti holtgreue famuli Recognoſcimus quod prepoſito prioriſſe totique conuentui prefati Monaſterii, ac ad eius fidas manus nobili comiti Ottoni de halremund et Juſtacio buſchen predictis promiſimus et preſentibus noſtris ſub ſigillis data fide communicata manu promittimus quod ſi ipſi in preſcriptis bonis inpeticionem aliquam hereditariam ſuſtinuerint et nos proinde moniti fuerimus ex tunc infra quindenam monicioni continuam antiquam Ciuitatem honouere ad injacendum intrabimus inde non pernoctaturi, niſi prepoſito et conuentui et ad eius manus fidas, Ottoni comiti predicto et Juſtacio preſcripto fuerit de tali inpeticione ſatiſfactum, datum anno domini M.CCCLVII in die beati vrbani.

Sechs Siegel der Gebrüder Holtgreve und ihrer Bürgen.

Urk. 219.

Diederich und Arnold Holtgreve reſigniren dem Herzoge Erich von Sachſen zu Gunſten des Convents zu Barſinghauſen eine Curie und zwei Hufen Landes zu Eckerde. 26. Juni 1357.

(Vergl. Urk. 218 und Urk. 221. — Abgedr. bei Scheidt v. Adel S. 353.)

Magnifico domino ac illuſtri principi Erico duci Saxonie Thidericus et arnoldus famuli dicti holtgreuen debite fidelitatis Conſtanciam cum obſequioſe voluntatis integritate, ad veſtre dominacionis manus Curiam et duos manſos in villa et in campis Eckere ſitos cum omnibus attinentijs eorundem quos a uobis hactenus in pheodo poſſedimus, nec non Johannes et Conradus fratres dicti balghe a nobis vltra inpheudati tenuerunt et nobis libere ad vtilitatem Monaſterij in bercinghuſen reſignarunt Omne eciam jus proprietatis ſeu inpheodacionis remittimus quod hactenus in ipſis habuimus pleno jure benevole reſignando literas per preſentes, veſtre nobilitati tranſmiſſas in teſtimonium ſuper eo, veſtre nobilitatis magnificentiam deprecantes perinſtanter quatinus predictorum bonorum jus proprietatis Monaſterio beate virginis marie in bercinghehuſen liberaliter offerre et donare dignemini propter deum vt veſtra et progenitorum veſtrorum memoria perpetuis temporibus ibidem deuocius peragatur datum anno domini MCCC.LVII. Johannis et pauli.

Zwei Siegel des Diderich und Arnold Holtgreve.

Urk. 220.

Die Gebrüder Hermann und Heinrich, Grafen von Pyrmont, ſchenken dem Kloſter Barſinghauſen das Patronatrecht über die Kirche St. Alexandri zu Luttringhauſen (bei Bantorf). 29. September 1357.

Digitized by Google

Nos Hermannus ac hinricus fratres dei gratia Comites in peremund Omnibus ad quorum noticiam prefencia contingerit peruenire cupimus fore notum pro eterna rei geste memoria quod ex matura deliberacionis consilio omnium quorum intererat inter nos prehabito pro remedio et salute animarum nostrarum et tam parentum quam eciam successorum nostrorum diuina nobis gratia aspirante consensu vnanimi decreuimus sperantes in hoc nobis gratam et acceptam hostiam oblaturos omnium virtutum origini illi scilicet virgini que est virgo et mater syderei et eterni imperij principis jhesu christi offerre et liberaliter donare jus patronatus Ecclesie Sanctorum allexandri et sociorum in loteringhehusen cum suis juribus nec non pertinencijs vniuersis, Cenobio et Monasterio sanctimonialium in bertzinghehusen Etiam in hijs scriptis corde manu et ore supplices offerimus et donamus stabilitate perpetua possidendum ne vero dictum Monasterium per nos vel per nostros successores in huiusmodi donacione inposterum aliquo quesito colore possit aliqualiter defraudari renunciandum duximus et in nomine domini sub appensione nostrorum in testimonium sigillorum renunciamus per presentes, oblatum anno domini MCCC. quinquagesimo septimo in commemoratione sancti mychahelis archangeli.

Siegel der Grafen Hermann und Heinrich von Ppmont.

Urk. 221.

Arnold Holtgreve resignirt den Grafen Ludolf und Ludwig von Wunstorf und Roden eine Curie nebst zwei Hufen Landes zu Eckerde. 1358.

(Vergl. die Urk. vom 25. Mai, 26. Juni 1357 und 5. December 1358. — Abgedr. bei Schrödt v. Abel S. 353.)

Guncelini de Berwinkele archidyaconj ibidem, nec non tocius noſtrj Capitulj, Conuentuj predictarum ſanctimonialium in Wluinghuſen. ad vſum earum tam in victualibus quam in veſtibus incorporauimus, et per preſentes incorporamus atque vniuimus et preſentibus bona fide vnimus perpetuis temporibus poſſidendam et pro ſuis commodis et utilitatibus prout melius poterint diſponendam. Recipientes ex cauſa permutationis a prefato Conuentu patronatum Eccleſie in Nortſtemne. Ita uidelicet. vt archidyaconus in Eldagheſſen qui pro tempore fuerit. ad dictam Eccleſiam in Nortſtemne quociens eam vacare contigerit. perſonam ydoneam preſentet. ſicut ad Eccleſiam in Eldagheſſen conſueuit hactenus preſentare. Prepoſitus eciam Conuentus. et ſui ſucceſſores, curam animarum Eccleſie in Eldagheſſen ab archidyacono percipient. ſibique obedienciam debitam facient. Et ipſam eccleſiam fidelj et debito gubernabunt ſeu gubernari facient regimine jta quod per hanc incorporationem diuina non fraudentur obſequia. et cura animarum nullatenus negligatur. Preterea quia plebanus in Eldagheſſen duo talenta denariorum et duos ſolidos, Conuentus in Wluinghuſen ſeptem ſolidos. et quidam alij ſeptem ſolidos. ab antiquo annis ſingulis conſueuerunt ſoluere archidyacono, pro his omnibus et preſtatione ſynodalium prepoſitus in Wluinghuſen. anno quolibet in feſto Mychaelis dabit ex nunc locj archidyacono quinque talenta Hilden denariorum legalium, Et ipſe prepoſitus ac ſacerdotes vicem ſuam in Eldagheſſen gerentes a preſtacione ſynodalium erunt in perpetuum liberj et immunes, Item per hanc vnionem ſeu incorporationem Lippoldo nunc plebano in Eldagheſſen nolumus preiudicium generarj. Super quibus ne dubium oriatur vtque premiſſa inuiolabiliter perpetuis temporibus obſeruentur preſentem literam inde conſcriptam et ſigillis noſtro ſcilicet Capitulj noſtrj prepoſitj et Guncelinj. vna cum ſigillo conuentus in Wluinghuſen. ſigillatam. dedimus in perpetuum teſtimonium et cautelam. actum et datum anno domini M.CCC viceſimo quarto in die cinerum in noſtro capitulo generali.

Siegel des Bischofs Otto (das Capitelssiegel ist abgefallen), des Dompropstes Otto zu Hildesheim, des Günter von Berwinkel und des Convents zu Wülfinghausen. Merkwürdig ist das Siegel des Dompropstes Otto, eines Grafen von Wohldenberg, dessen Mitte die Maria mit dem Kinde und neben ihr den Johannes darstellt; umher im Kreise acht Herzschilder, zwischen denen die Umschrift: „† S. Otton — de Woldb. ppoi. hilden eccl.“ Die acht Schilder zeigen in abwechselnder Folge vier Wappenbilder und vier Helme mit Schmuck, erstere mit dem Wohldenberger Fallgitter, mit einem Löwen, noch mit einem Löwen und mit drei Rauten (dasselbe Siegel findet sich auch an der Urk. 73 vom 2. August 1331).

Urk. 64.

Pfarrherr (plebanus) Johann zu Wluingge (Wülfingen im Amte Calenberg) überträgt dem Kloster Wülfinghausen eine Hufe zu Holthusen (Holtensen), welche er für zwanzig Mark gekauft hat. 5. August (Oswaldi regis) 1324.

Siegel abgefallen.

Urk. 65.

Propst Bernhard, Priorinn Elisabeth und der Convent zu Wülfinghausen thun

Digitized by Google

kund, daß der Geiſtliche (**sacerdos**) Robert Binnewis eine von Ulrich von Ilten angekaufte Curie mit vier Hufen zu „**Herbergen**“ [1]) dem Kloſter überlaſſen, unter Vorbehalt einiger Einkünfte derſelben für ſich und ſeine Schweſter Adelheid, welche nach ihrem Tode zu Seelmeſſen verwandt werden ſollen. **13. Januar (in octaua ephifanie) 1325.**

Siegel des Convents.

[1]) „Herbergen“ lag bei dem alten Calenberger Halsgerichte, in dem Amtsfelde unweit Schulenburg. (*Grupen*, Ant. Calenb. Mscr.)

Urk. 66.

Die Gebrüder Hermann und Johann Uppenbrok und Bernhard Wild entſagen zu Gunſten des Kloſters Wülfinghauſen laut Vertrags mit dem dortigen Propſte Bernhard allen Anſprüchen an Güter zu Holtenſen bei Eldagſen. **9. April 1325.**

Vniuerſis Chriſti fidelibus hanc litteram inſpecturis ſeu audituris, Nos hermannus et Johannes famuli et fratres dicti de Vppenbrocke, Bernhardus famulus dictus Wilde notum eſſe volumus et conſtare, quod ex bona voluntate et pleno conſenſu legitimorum heredum noſtrorum quorum intereſt omnino renunciauimus in hiis ſcriptis et penitus renunciamus cuilibet proprietati nec non juri bonorum in Holthuſen juxta oppidum Eldagſen ſituatum, dimittendoque totaliter ab eiſdem bonis et a cuncta inſeſtacione impeticionis que Anſprake dicitur, que a nobis et noſtris oriri dictis bonis poterit in eternum etiam ſicut nouiter nobiſcum placitatum eſt ab honorabili domino Bernardo prepoſito monaſterii Sancte Marie in Wuluighuſen et a ſautoribus eiusdem clauſtri nichil proprii vel iuris memoratorum bonorum in Holthuſen, ut ſuperius eſt poſitum in nobis ſiue heredes noſtri ſibi de cetero uſurpabunt, verum hec bona ſepedicta cum cunctis ſuis uſufructibus monaſterio Sancte Marie in Wuluighuſen in quietam poſeſſionem, qua dudum poſſederat et ma..... noſtra moleſtacione poſtergata, relinquimus perpetuis temporibus poſſidenda. Ne autem hec actio ..... noſtris Succeſſoribus et ne alicui ex iſto dubium in poſterum oriatur, preſentem litteram in teſtimonium (*ſigillorum*) noſtrorum firmauimus munimento. Datum anno gracie Milleſimo triceteſimo Viceſimo quinto tercia feria proxima poſt Pascha Teſtes, qui his placitis interfuerunt dum fierent, ſunt Siſridus Baſilius et Johannes fratres dicti Bok, Hermannus de Ghermerſen milites, Beger de Rotzinghe Johannes de Bozien famuli Hermannus Hildgeri burgenſis Hamelen ciuitatis et quam plures alii probi viri.

Das erſte Siegel iſt abgefallen, das zweite vorhanden (mit einer ſchräglinks gekehrten Leiter von vier Sproſſen im Schilde).

Digitized by Google

Urk. 67.

Graf Gerhard der Aeltere von Hallermund und seine Söhne Ludolf, Otto und Heinrich schenken dem Kloster Wülfinghausen das Obereigenthum von drei Hufen Landes mit einer Curie und einer Hausstelle zu Alferde, welche Ernst Bock ihnen und ihrem Oheime Gerhard dem Jüngern resignirt hat, und versprechen dem Propste Bernhard zu Wülfinghausen die Bestätigung dieser Schenkung von den Söhnen Gerhard des Aeltern, dem Canonicus Otto zu Hildesheim und Gerhard, sobald sie volljährig geworden sind, zu erwirken. 27. Februar 1326.

(Vergl. die Urk. 68 vom 27. Februar 1326 und 99 vom 15. Juni 1347.)

In nomine domini amen Dei gratia Nos Gerhardus Comes de Halremunt senior et Nos Ludolfus Otto Canonicus hilden̄, et Henricus filij eius Recognoſcimus quod tres manſos noſtre proprietatis in. campis ville alchforde ſitos cum curia et vna area in eadem villa. nobis Gerhardo predicto et patruo noſtro dilecto Gerhardo Comiti de Halremunt juniorj ab Erneſto Boc qui eos a nobis tenebat in pheodo libere reſignatos, cum omnibus eorum juribus et pertinentiis, deuotis in criſto virginibus domine Prioriſſe totique Conuentui ſanctimonialium Monaſterii in wuluinghuſen ob animarum noſtrarum et progenitorum noſtrorum ſalutem et remedium vna cum preſato patruo noſtro et ſuis heredibus in proprium donauimus et preſentibus donamus et in poſſeſſionem perpetuam tradidimus et per preſentes tradimus proprietatis tytulo jure perpetuo pacifice poſſidendum (*sic*). et pro ſuis vſibus prout melius poterint diſponendum, renunciantes omni juri actioni ſeu inpetitioni que ad preſens uel in futurum in eiſdem bonis in parte uel in toto nobis poſſent competere vllo modo, volentes preſato conuentui de bonis predictis veram et legitimam preſtare warandiam quando et quociens ſuper eo fuerimus requiſiti Item proteſtamur quod quando Otto Canonicus Hilden̄ et Gerhardus filij noſtri ſcilicet Gerhardi preſcripti ad annos legitimos peruenerint, nos Gerhardus antedictus et nos Ludolfus Otto Canonic. hilden̄ et Henricus filii eius et quilibet noſtrum in ſolidum. efficere debemus et volumus quod ſepedictis bonis dum moniti ſuper eo fuerimus infra menſem a monicione proximum renuncient et noſtram donacionem gratam et ratam habeant literaſque ſuas patentes donent, predicto conuentui ſuper donacione huiuſmodi utiliter congruentes, Que omnia et ſingula ſicut preſcripta ſunt Diſcreto viro domino Bernhardo nunc ibidem prepoſito et ſuis ſucceſſoribus ſide data per preſentes literas noſtris Sigillis ſigillatas promittimus inuiolabiliter obſeruare Datum anno domini MCCCXXVI°. III° kal. Marcij.

Nur das zweite und vierte Siegel vorhanden.

Urk. 68.

Graf Gerhard der Jüngere von Hallermund schenkt mit Zustimmung seiner Töchter

Digitized by Google

Adelheid, Gräfinn von Ritberg, und Elisabeth, Canonissinn zu Quedlinburg, dem Kloster Wülfinghausen das Obereigenthum von drei Hufen Landes mit einer Curie und einer Hausstelle zu Alferde, welche Ernst Bock ihm und seinem Oheim dem Grafen Gerhard dem Aeltern von Hallermund resignirt hat, und verspricht dem Propste Bernhard zu Wülfinghausen die Bestätigung dieser Schenkung von seinen Söhnen Wilbrand und Otto und seinen Töchtern Jutta und Hesecke, sobald sie zu ihren Jahren gekommen sind, zu erwirken. 27. Februar 1326.

(Vergl. Urk. 67 vom 27. Februar 1326.)

In nomine domini Amen. Dei gratia, Nos Gerhardus Comes de Halremunt junior, Recognoscimus quod tres mansos nostre proprietatis in campis ville Alchforde sitos cum Curia et vna area in eadem villa nobis et Gerhardo patruo nostro dilecto Comiti de Halremunt seniorj, ab Ernesto Bok, qui eos a nobis tenebat in pheodo libere resignatos cum omnibus eorum juribus et pertinentiis deuotis in christo virginibus de consensu Alheydis Comitisse de Retberghe et Elizabeth Canonice in Quedelingheborch filiarum nostrarum et omnium quorum consensus requirendus fuerat, domine Prioriisse totique Conuentui sanctimonialium et suis heredibus, in proprium donauimus et presentibus donamus et in possessionem perpetuam tradidimus et per presentes tradimus proprietatis tytulo jure perpetuo pacifice possidendum et pro suis vtibus prout melius poterint disponendum renunciantes omni juri actioni seu impeticioni que ad presens uel in futurum in eisdem bonis in parte uel in toto nobis possent competere vllo modo, volentes prefato Conuentui de bonis predictis veram et legitimam prestare warandiam quando et quociens super eo fuerimus requisiti Item protestamur quod quando Wilbrandus et Otto filii nostri et Jutta et Hesecke filie nostre ad annos legitimos peruenerint, efficere debemus et volumus quod sepedictis bonis dum moniti super eo fuerimus infra mensem a monitione proximum renuncient et nostram donacionem gratam et ratam habeant, literasque suas patentes donent, predicto Conuentui super donacione huiusmodi vtiliter congruentes, Que omnia et singula sicut prescripta sunt, Discreto viro domino Bernhardo nunc jbidem preposito et suis successoribus, fide data per presentes literas nostris sigillis sigillatas promittimus inuiolabiliter obseruare Datum anno domini M°CCC.XXVI°. III° kal. Marcij.

Siegel des Grafen Gerhard von Hallermund.

Urk. 69.

Knappe Ernst Bock resignirt den Grafen Gerhard dem Aeltern und Gerhard dem Jüngern von Hallermund zu Gunsten des Klosters Wülfinghausen drei

Digitized by Google

Huſen Landes mit einer Curie und einer Hausſtelle zu Alferde (Kirchdorf Amts Calenberg). 1326.

(Vergl. die Urk. 67 und 68 vom 27. Februar 1326 und Urk. 77 vom 16. Juni 1333.)

Ego Erneſtus Bok famulus, filius domini Hermanni quondam militis, recognoſco per preſentes, quod vendidi tres manſos, in campis ville Alcforde ſitos, cum curia et vna area in eadem villa, et omnibus eorum juribus et pertinenciis, vbicunque ſituatis, Conuentui deuotarum virginum Monaſterii in wluinchuſen, pro Quadraginta marcis puri argenti, mihi integraliter perſolutis. Et quia predicta bona ab omni aduocatia et onere libera, a Nobilibus viris, dominis, Gerhardo ſeniore et Gerhardo juniore Comitibus de Halremunt, in feodo tenui, ipſa bona eiſdem dominis meis ea condicione, ut prefata bona Conuentui prefcripto in proprium traderent, reſignaui, et reſigno litteras per preſentes, Qui Comites, ſepedicta bona de conſenſu omnium quorum intererat eidem Conuentui liberaliter proprietatis titulo jure perpetuo tradiderunt, Volo eciam ipſi conuentui de bonis eiſdem veram et legitimam preſtare warandiam quando et quociens ſuper et fuero requiſitus, Renuncians omni exceptioni tam canonice quam ciuili, ſi qua contra vendicionem aut emptionem predictam, michi aut meis heredibus ad preſens uel in futurum poſſet competere vllo modo, Nullum jus actionem, ſeu inpeticionem, michi aut meis heredibus, in eiſdem bonis, in parte uel in toto, aliqualiter reſeruando, Que omnia et ſingula promiſi et preſentibus litteris meo ſigillo ſigillatis, fide data promitto, prefato Conuentui bona fide inuiolabiliter obſeruare. Acta ſunt hec in preſentia venerabilis domini mei, domini Ottonis Hildenſemenſis Epiſcopi, preſentibus et in teſtimonium vocatis, Magiſtro Henrico, Canonico montis ibidem, Strennuis militibus, Sifrido Baſilio et Johanne, fratribus dictis Boc, Thiderico Bernere, Hartmanno friſone, Johanne dicto Goltſmet, burgenſibus in hildenſem et pluribus aliis fide dignis, Datum Anno domini M°CCC°XXVI.

Siegel abgefallen.

Urk. 70.

Aebtiſſinn Adelheid, Dechantinn Adelheid und der Convent zu Wunſtorf ſchenken auf Erſuchen des Grafen von Wunſtorf dem Kloſter Wülfinghauſen zwei Eigenbehörige. 20. December 1327.

In nomine domini amen. Nos alheydis dei gracia abbatiſſa alheydis decana totuſque Conuentus eccleſie ſecularis in wuſtorpe recognoſcimus quod Hermannum et johannem fratres dictos reynoldi noſtra mancipia ad peticionem dilecti nobis comitis in wuſtorpe prepoſito totique conuentui in wluinghuſen cum omni iure et utilitate quo ad nos pertinebant de conſenſu vnanimi omnium quorum intererat in proprium tradidimus et per preſentes tradimus proprietatis titulo iure perpetuo poſſidendam renunciantes omni iuri quod habuimus in eiſdem, uolentes etiam prefato conuentui de predictis hominibus veram et legitimam preſtare warandiam quando et quociens ſuper eo fuerimus requiſite. Super quibus ne dubium oriatur pre-

Digitized by Google

sentem litteram sigillis nostro scilicet et capituli nostri fecimus sigillari. Datum anno domini M°CCG°XXVII°. in vigilia beati thome apostoli.

Siegel abgefallen.

Urk. 71.

Graf Gerhard von Hallermund leistet dem Convente zu Wülfinghausen Gewähr für zwei freie Hufen Landes zu „Verdessen“ [1]), zwei Hufen Lehnlandes daselbst und eine Hufe zu „Cerde“, welche Diderich und Ernst von Wülfingen dem Kloster verkauft haben. 9. April 1331.

(Vergl. Urk. 72 vom 9. April 1331.)

Nos dej gratia Gherhardus Comes de Halremunt protestamur publice sub sigillo nostro per presentes quod si super duabus mansis absolutis et liberis in Verdessen et duobus mansis ibidem et vno manso in Cerde inpheodatis, que bona Thidericus et Ernestus de Wluinghe cum omnibus suis pertinentiis. Preposito et Conuentui in Wluinghusen in proprium vendiderunt. actio seu impetitio que wigariter ansprake dicitur ipsi Conuentuj in parte vel in toto dictorum bonorum mota fuerit. quod absit et nos monitj fuerimus ciuitatem hilden post quindenam intrabimus ad iacendum inde non pernoctaturi nisi sopita et amota actione seu impetitione qualibet aut ipsorum fuerit voluntatis. quod fide data cum aliis fidejussoribus promisimus et premittimus per presentes Datum anno dominj M.CCC Tricentesimo primo quinto Idus aprilis.

Siegel des Grafen Gerhard von Hallermund.

---

[1]) S. Note 1 zu Urk. 20.

Urk. 72.

Junker Ludolf von Hallermund leistet dem Kloster Wülfinghausen Gewähr für zwei freie Hufen Landes zu „Verdessen“, zwei Hufen Lehnlandes daselbst und eine Hufe zu „Cerdhe“, welche Diderich und Ernst von Wülfingen dem Kloster verkauft haben. 9. April 1331.

(Vergl. Urk. 71 vom 9. April 1331.)

Ego Ludolfus domicellus de Halremunt protestor sub sigillo meo publice per presentes. quod si super duobus mansis obsolutis et liberis in Verdessen et duobus mansis ibidem et vno manso in Cerdhe inpheodatis. que bona Thidericus et Ernestus de wluinghe cum omnibus suis pertinentiis preposito et Conuentuj in wluinghusen in proprium vendiderunt actio seu impetitio que wigariter ansprake dicitur. ipsi Conuentuj in parte vel in toto dictorum bono-

Digitized by Google

rum mota fuerit quod abſit et ego monitus fuero, ciuitatem hilden̄ poſt quindenam ad iacendum intrabo inde non pernocturus. niſi ſopita et amota impetitione qualibet aut ipſorum fuerit voluntatis. quod cum aliis fideiuſſoribus promiſi et promitto preſentibus data fide Datum anno domine M. CCC. triceſimo primo quinto Idus apriliis.

Siegel des Grafen Ludolf von Hallermund.

Urk. 73.

Propſt Otto, Dechant Hermann, Scholaſter Siſried und das Capitel zu Hildesheim überlaſſen dem Propſte Bernhard und dem Convente zu Wülfinghauſen das Obereigenthum von drei Hufen Landes zu „Verdeſſen“ gegen zwei andere Hufen daſelbſt und eine Hufe in „Cerde“. 2. Auguſt 1331.

(Vergl. die Urk. 71 und 72 vom 9. April 1331.

In nomine domini amen, Dei gracia, Nos Otto prepoſitus, Hermannus decanus, Siſridus Scolaſticus, Totumque Hildenſemenſis Eccleſie Capitulum recognoſcimus, quod tres manſos noſtre proprietatis verdeſſen ſitos, quos Thidericus et Erneſtus fratres dicti de wluinghe a nobis Ottone prepoſito predicto in pheodo tenuerunt, et ſine aliqua condicione nobis reſignauerunt, domino Bernhardo prepoſito. . prioriſſe Totique conuentui ſanctimonialium in wluinghuſen, cum omni iure et utilitate ac pertinenciis vniuerſis, vbicunque ſituatis, in proprium ex cauſa, permutacionis dimiſimus et per preſentes dimittimus proprietatis titulo iure perpetuo pacifice poſſidendum. renunciantes omni iuri quod habuimus in eiſdem, et volumus eis de prefatis bonis preſtare veram et legitimam warandiam, quando ſuper eo fuerimus requiſiti, recipientes, ab eis in reſtaurum tres manſos ſue proprietatis, videlicet duos in verdeſſen et vnum in Cerde. ſitos quos Thidericus et Erneſtus predicti fratres dicti de wluinghe prius ab eis tenuerunt in pheodo, ſed nunc tenent a nobis prepoſito antedicto. Super quibus ne dubium oriatur, preſentem litteram ſigillis noſtris ſcilicet prepoſiti et Capituli ſigillatam, eidem conuentui in wluinghuſen dedimus in teſtimonium et cautelam, Datum anno domini M°CCC° Triceſimo primo, In die beati Stephani pape et martiris.

Erſtes Siegel vorhanden, das zweite abgefallen.

Urk. 74.

Pfarrer Lippold von Steiberg zu Eldagſen reſignirt dem Convente zu Wülfinghauſen die demſelben incorporirte Parochialkirche zu Eldagſen und bittet den Archidiakon Volrad von Dreileben daſelbſt, die Seelſorge dem Propſte zu übertragen. 11. November 1332.

(Vergl. Urk. 63 vom 29. Februar 1324.)

Digitized by Google

Honorabili viro domino ſuo domino volrado de dreylleue hyldenſemenſis Eccleſie Canonico et archydiacono In eldagheſſen lippoldus de ſteyberch plebanus in eldagheſſen reuerenciam in omnibus et honorem eccleſiam parrochyalem In eldagheſſen dudum deuoto conuentui in wluinchuſen incorporatam ad diuini cultus jbidem aucmentum et congregacionis profectum et ſolacium per preſentes litteras meo ſigillo ſigillatas, Reſigno eidem conuentui in anime mee remedium pure et ſimpliciter propter deum. Rogans humiliter ut prepoſito loci eiuſdem ſicut ad nos pertinet Curam animarum dignemini committere et ab eo recipere obedienciam debitam et conſuetam Datum anno domini M°CCC°XXXII° Ipſo die beati martini epiſcopi.

Siegel.

Urk. 75.

Biſchof Erich zu Hildesheim geſtattet dem Propſte und Convente zu Wülfinghauſen den Beſitz der ihnen incorporirten Kirche zu Eldagſen. Feſte Ruthe (unweit Sarſtedt). 18. November 1332.

(Vergl. Urk. 63 vom 29. Februar 1324.)

Dei et apoſtolice ſedis gracia Ericus Hildenſemenſis Eccleſie electus. dilectis ſibi prepoſito et Conuentui ſanctimonialium in vulvinchuſen ſalutem in domino.. vt poſſeſſionem Eccleſie in Eldagheſen vobis incorporate. cum ſuis pertinentiis vobis affumatis vobis preſentibus indulgemus. canonicis annuentibus inſtitutis. In cuius rei teſtimonium figillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum in caſtro noſtro ruthe Anno Domini M°CCC°XXXII° in octaua beati martini.

Siegel des Biſchofs Erich (mit dem Sächſiſchen und Schauenburger Wappen).

Urk. 76.

Biſchof Heinrich zu Hildesheim überträgt die Seelſorge an der dem Kloſter Wülfinghauſen incorporirten Parochialkirche zu Eldagſen dem Prieſter Albert Heſſe. 22. November 1332.

(Vergl. Urk. 63 vom 29. Februar 1324.)

Henricus dei gracia Hildenſemenſis eccleſie Epiſcopus. Diſcreto viro Alberto dicto Heſſen Sacerdoti ſalutem. ydoneitas perſone tue nobis Notabiliter commendata nos inducit vt te cure animarum regimini preficiamus quam regere vt didiſcimus bene noſti. Cum igitur eccleſia parrochyalis in Eldagheſſen. Monaſterio in wluinchuſen incorporata adeo bene in ſpiritualibus et temporalibus per alium regi valeat ſicut per te cure tibi regimen et exercitium Eccleſie ſupradicte committimus per preſentes. volentes. vt populum prefate parrochye

Digitized by Google

absoluere et ligare valeas in foro penitencie. ipsisque sicut verus eiusdem populi plebanus ministrare ecclesiastica sacramenta. Datum anno Domini M°CCC°XXXII° in die Beate Cecilie virginis.

Siegel des Bischofs Heinrich (mit zwei Wappen: des Stifts und des Hauses Braunschweig).

Urk. 77.

Knappe Ernst Bock resignirt dem Abte von St. Michaelis zu Hildesheim zu Gunsten des Klosters Wülfinghausen zwei Hufen Landes zu Alferde (im Amte Calenberg). **16. Juni 1333.**

(Vergl. Urk. 78 de 1333 und die Urk. 67 und 68 vom 27. Februar 1326, Urk. 69 de 1326 und 104 vom 17. November 1350.)

Honorabili domino. domino suo. Abbati Monasterii Sancti Michahelis in hildensem. Ernestus bok famulus. se ad sua beneplacita beniuolum et paratum. Duos mansos in campis ville Alforde sitos cum omni iure et vtilitate tam intra quam extra uillam. Ac attinenciis vniuersis sicut ipsos a uobis hactenus in pheodo tenui. Vobis duxi voluntate libera resignandum. et resigno literas per presentes. nichil mihi et meis heredibus iuris et proprietatis in bonis prehabitis inposterum referuando. Ea tamen condicione quod ipsos mansos Sanctimonialibus in wulujnchusen. et non alias in proprium tradatis liberaliter et donetis. In euidenciam et efficaciam predicte resignacionis siue renunciacionis per me facte presens scriptum sigilli mei munimine communiui. Nos quoque hermannus et ludolfus predicti ernesti filii renunciamus omni iuri et proprietati. quod nobis in predictis bonis competit. seu competere ullo modo poterit in futuro. promittimus quoque data fide coniuncta manu sub sigillis nostris. nos dictam patris nostri resignacionem ratam et inuiolabilem habituros. Datum Anno Domini M°CCC° Tricesimo tercio Crastina die beati viti martiris.

Drei Siegel (jedes mit zwei Wölfen).

Urk. 78.

Abt Konrad, Prior Johann und der Convent von St. Michaelis zu Hildesheim verkaufen dem Kloster Wülfinghausen für zwanzig Mark funfzehn freie Hufen, drei mit Leibeigenen besetzte Hufen, fünf Curien und vier Hausstellen zu **Medele** (Mehle im Kirchsp. Elze Amts Poppenburg), ferner vier Hufen zu **Hemzinghusen** (Hemschehausen Amts Lauenau), Güter zu „**Verdessen**“ (bei Eldagsen), welche einen jährlichen Zins von einem Pfunde Hildesheimer Pfennige aufbringen, und das Obereigenthum zweier Hufen zu **Alckvorde** (Alferde im Amte

Digitized by Google

Calenberg), welche Ernſt Bock zu Lehn getragen hat [1]), vogtei- und dienſtfrei. **23. Juni (in vigil. nativ. Joh. Bapt.) 1333** [2]).

Siegel des Propſtes und Convents zu St. Michaelis.

1) Vergl. Urk. 77 vom 16. Juni 1333.

2) Biſchof Heinrich beſtätigt dieſen Verkauf am 16. Juni (craſt. viti mart.) 1333. (Siegel des Biſchofs Heinrich.)

Urk. 79.

Die Gebrüder Diederich und Konrad von Utzenburg reſigniren dem Biſchofe Ludwig zu Minden zu Gunſten des Herrn Heinrich Knigge und Johann von Herberge den Zehnten zu Nettelrede (Kirchdorf Amts Lauenau). **24. Juni 1334.**

Venerabili in chriſto patri ac domino. domino ſuo dilecto. Lodewico Myndenſis eccleſie Epiſcopo. Thidericus et Conradus fratres dicti de vtzenborch cum debita reuerencia obſequium beneuolum et paratum. Decimam in Netelredere quam a vobis et a veſtra eccleſia iure pheodali huc vſque poſſedimus vobis cum omni iure et utilitate quemadmodum a vobis eam tenuimus. dummodo dominos Henricum dictum Knigghen ac Johannem de Herberghe milites eadem decima inpheodetis preſentibus reſignamus. In cuius reſignacionis teſtimonium preſentem litteram noſtris ſigillis duximus roborandam. Datum Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo Triceſimo quarto In Natiuitate ſancti Johannis Baptiſte.

Herzſchild (mit Reiter zu Pferde); zweites Siegel abgefallen.

Urk. 80.

Propſt Bernhard, Priorinn Eliſabeth Bock und der Convent zu Wülfinghauſen überweiſen die Aufkünfte einer Hufe Landes zu Holtenſen (im Kirchſp. Eldagſen Amts Calenberg) **zur Unterhaltung einer ewigen Lampe in der Kirche zu Wülfinghauſen. 1335.**

Omnibus in perpetuum. Ne illa defluant cum lapſu temporis que aguntur in tempore, quia memoria hominis labilis, neceſſe eſt vt teſtimonio certificentur, uel ſcripture litteris commendentur. Hinc eſt quod nos Bernardus dei gracia prepoſitus. Elizabeth prioriſſa vniuerſitaſque collegii tocius monaſterii wuluighuſen, prouidimus ex matura deliberacione, carencie cuiusdam officii, videlicet Camerarie, et ad deuotas preces et reſpectum elemoſinarum quarundam noſtri clauſtri dominarum, ſcilicet honeſte Elizabeth prioriſſe, dicte Bok. nec non Drude cracht. Sophie Knicghen. ſimiliter et Mechtildis de Bernſen. reſpiciencium defectum luminis eccleſiaſtici, nunc de cetero in perpetuum arſuri, in remedium ſuarum animarum, ſed

Digitized by Google

principaliter propter deum, et vnanimi consensu, liberaliter dimisimus quendam mansum, Holthusen situm, quem dominus Lodolfus dictus Pasele, inhabitauerat, cum omnibus suis prouentibus quos vtrobique habet, in campis, pratis, pascuis, atque siluis iugi tempore permansurum, preter aream, ad ipsum mansum permanentem, singulariter nobis cum annuali sua pensione reseruauimus, ad vsus nostri monasterii memorati. Ne autem hec actio, ab aliquibus nostris successoribus infringatur, sed quod magis rata maneat et inconuulsa, sicut decet, presentem litteram, inde confectam, sigilli prepositure, et nostri predicte monasterii, firmauimus munimento. Datum anno gracie Millesimo Tricentesimo. Tricesimo quinto.

Siegel des Propstes Bernhard (mit einem Balken) und des Convents zu Wülfinghausen.

Urk. 81.

Edelherr Heinrich von Homborg, sein Bruder Bodo Propst zu Moritzberg vor Hildesheim und sein Sohn Sifried bestätigen den Vertrag, durch welchen Alexander Pfarrer an ihrer Patronatkirche zu Hunzen (im Braunschw. Kreisamte Eschershausen) dem Propste Bernhard, der Priorinn Elisabeth und dem Convente zu Wülfinghausen eine freie Hufe Landes und eine Hausstelle zu Mehle und drei auf Zins ausgethane Hufen Landes mit vier Hausstellen zu Elze verkauft hat. 26. März 1335.

(Vergl. Urk. 82 vom 29. März 1335.

In Nomine domini Amen. Nos dei gratia Hynricus Nobilis dictus de Homborch Bodo prepositus Montis sancti Mauricii extra muros Hildens. frater eius et Sifridus filius Domini hynrici predictj Ad perpetuam rei memoriam presentibus literis protestamur Quod cum ecclesia parrochialis in Hunthcens. Mindens. dyocesis cuius ius patronatus ad nos pertinet, vnum mansum. absolutum in campis Medele et vnam aream in villa eadem quem munsum et aream predicta ecclesia libere possedit vsque in presens et vnum mansum cum duabus areis, quos florinus et hynricus fratres de Elce sub censu annuo sex solidorum denariorum datiuorum scilicet hildens. monete tenent Duosque mansos et totidem areas quos Ernestus Bok famulus tenet sub annuo censu duodecim solidorum eiusdem valoris et monete Qui tres mansi et quatuor aree in villa et campis Elce situantur et eos iam dicta ecclesia in quieta possessione haberet Et cum idem Mansus absolutus in campis Medele situs aliquociens maneret incultus aliquando negligenter coleretur et census de aliis tribus mansis nullatenus aut tarde solueretur Ita quod ex bonis prescriptis modica vtilitas rectori prefate ecclesie pervenerit Alexander eiusdem ecclesie rector prescriptos mansos cum areis prenotatis ipsius ecclesie in hunthcens. proprios, matura deliberacione prehabita de nostro consensu et beneplacito Bernhardo prepposito Elizabet prioriste totique conventuj sanctimonialium in Wuluinghusen pro duodecim marcis puri argenti vendidit et in possessionem tradidit proprietatis titulo, omni iure et vtilitate

Digitized by Google

in campis villis paſcuis et ſiluis ſicut ſepedicta eccleſia eos poſſedit perpetuo poſſidendos volentes nichilominus cum dicto alexandro de bonis prenotatis, ipſi conventuj preſtare veram et legitimam warandiam, quando et quociens ſuper eo fuerimus requiſitj Super quibus ne dubium oriatur et vt premiſſa inviolabiliter obſeruentur preſentem literam Sigillis noſtris cum ſigillo. alexandri rectoris eccleſie in hunthcenſ. ſigillatam, eidem conventuj in perpetuum teſtimonium dedimus et cautelam Actum et datum anno domini Milleſimo tricenteſimo tricefimo quinto Dominica qua cantatur Letare iheruſalem.

Siegel des Heinrich von Homburg (mit einem Löwen).

Urk. 82.

Biſchof Ludwig zu Minden beſtätigt den am 26. März 1335 von dem Propſte Bernhard, der Priorinn Eliſabeth und dem Convente zu Wülfinghauſen mit Alexander Pfarrer der Kirche zu Hunzen unter Genehmigung der Herren von Homburg, als Patrone dieſer Kirche, über die dem Pfarrer ſchuldige Kaufſumme für eine freie Hufe Landes und eine Hausſtelle zu Mehle und für drei Hufen Landes und vier Hausſtellen zu Elze errichteten Vertrag. 29. März 1335.

(Vergl. Urk. 81 vom 26. März 1335.)

Lodewicus dei gracia Mindenſis eccleſie Episcopus vniuerſis et ſingulis ad quos preſens ſcriptum peruenerit ſinceram in domino caritatem cum noticia ſubſcriptorum. Conſtitutus coram nobis honorabilis vir, dominus Bernardus, prepoſitus ſanctimonialium in wuluinchuſen ſupplicabat ut tractatum infraſcriptum confirmare et approbare dignaremur cuius tenor dinoſcitur eſſe talis. In nomine domini amen, Bernardus prepoſitus Elizabeth prioriſſa. totuſque Conuentus Sanctimonialium in wuluinghuſen. ad perpetuam rei memoriam preſentibus litteris proteſtamur. Quod cum Alexander rector eccleſie parrochialis in hunztenhoſen Mindenſis dyocefis cuius ius patronatus ad nobiles viros, dominos de homborgh pertinet, nobis de conſenſu et beneplacito prefatorum dominorum vnum manſum obſolutum in Campis Meydele. et vnam aream in villa eadem quem manſum et aream predicta eccleſia libere poſſedit vſque in prefens et vnum manſum cum duabus areis, quos florinus et henricus fratres dicti de Eltze ſub annuo cenſu ſex ſolidorum denariorum datiuorum ſcilicet hildenſemenſis monete tenent. Duoſque manſos et totidem areas quos Erneſtus bok famulus tenet ſub annuo cenſu duodecim ſolidorum eiusdem valoris et monete. qui tres manſi et quatuor aree in villa et Campis Eltze ſituantur et eos iam dicta eccleſia in quieta poſſeſſione haberet, pro duodecim marcis, puri argenti hildenſemenſis valoris et ponderis vendiderit et in poſſeſſionem tradiderit proprietatis titulo perpetue poſſidendos, Nos in recompenſam et reſtaurum reddituum nobis de prefatis bonis ſingulis proueniencium annis cum poſſeſſionem eorum ut dictum eſt habe-

Digitized by Google

amus et tamen ipſas duodecim marcas adhuc non expenderimus dabimus eidem alexandro et ſuis pro tempore ſucceſſoribus annuatim redditus quinti dimidii ſertonis ſupradicti ponderis et argenti in feſto quolibet Mychaelis quouſque pretaxtam pecuniam pro placito et vtilitate ſua et eccleſie ſue in alios redditus poſſint conuertere certiores Dictas eciam duodecim marcas ſic pro huiuſmodi penſione ſub nobis retinebimus per quinque annos, a feſto beati Michaelis nunc proxime preterito continue numerandos. Infra quos quidem annos ſi dictus Alexander vel ſucceſſores ſui comparauerint ac emerint bona aliqua ſibi et eccleſie in huntzenhuſen iam dicte competencia et hoc nobis intimauerint. Infra dominicam qua cantatur Letare et feſtum pentecoſtes extunc pretactas duodecim marcas hildenſemenſis valoris et ponderis ex parte eorum perſoluemus ſine aliqua contradictione et impedimento hiis quibus eorum nomine ipſi dixerint eſſe perſoluendas infra quatuor ſeptimanas. ipſam intimacionem immediate ſubſequentes, quibus autem annis quinque totaliter elapſis et ipſis duodecim marcis infra eos ſic vt promittitur non poſtulatis. extunc poſtmodum hoc in noſtro ſolum ſtabit arbitrio, quod ipſam pecuniam pro ſupradicta penſione quam diu voluerimus ſic retinere poſſimus et quandocunque nos et eccleſiam noſtram ab ipſa voluerimus abſoluere, ex tunc preintimacionem pariter et perſolutionem ipſarum duodecim marcarum faciemus ipſis ſemper terminis ac temporibus memoratis. ad hec omnia et ſingula premiſſa. nos et eccleſiam noſtram in wluinghuſen preſentibus firmiter obligamus. In cuius rei teſtimonium ſigillis noſtris communiuimus preſens ſcriptum. Teſtes huius ſunt Nobiles viri Gerhardus et Ludolfus comites de halremunt quorum ſigilla pro firmiori teſtimonio preſentibus eciam ad noſtram inſtanciam ſunt appenſa et Nos gerhardus et ludolfus Comites predicti ſub appenſione ſigillorum noſtrorum preſentia proteſtamur. Datum anno domini M°CCC°XXX quinto dominica qua Cantatur Letare Jherusalem Nos vero . . predicti prepoſiti et . . Conuentus in wuluinghuſen annuentes precibus ordinacionem premiſſam factam recognoſcimus de noſtro beneplacito et conſenſu eam quantum in nobis eſt ratificamus in ſingulis ſuis articulis et preſentibus approbamus. Noſtrum ſigillum in teſtimonium apponentes. Datum et actum feria quarta poſt Dominicam Letare. anno domini M°CCC°XXX° quinto.

Siegel abgefallen.

Urk. 83.

Ritter Rabodo von Harboldeſſen verſpricht zugleich mit ſeinem Vetter Wigbrand, das Gut zu Adenſen einzulöſen und den Kindern ſeines Bruders Bertram ihren Antheil davon zu vergüten. 21. Mai 1335.

Ek her Rabodo van Harboldeſſen ridderc bekenne openbare in deſſem breue de ghe veſtenet is mit minem ingheſeghele, dat ek mit minen vedderen Wichrande vnde he mit mi vſe gud to Adenoys to dem neghesten paſchen de nu to comende is, loſen vnde ledeghen ſcan dar it vte ſteyt, vnde dat we bertrames Kinderen mines brober ir orſaten ſcun nu to deſſem iare ores deles van dem ſtuuen gute dat

louik in truwen to bonde in deſſem breue. de ghe gheuen iß na goddes borth duſent vnde drehunderth iar des vifondrittighes iares des viften ſundaghes na paſchen.

Siegel vorhanden, aber ſchlecht erhalten.

Urk. 84.

Graf Ludolf von Hallermund, Johann von Dedenſen und Gerhard von Anencampe verbürgen ſich dem Propſte Bernhard und dem Convente zu Wülfinghauſen für die von den Knappen Bernhard und Heinrich Wilden demſelben verkaufte halbe Hufe Landes mit einer Hausſtelle zu Holtenſen (bei Eldagſen). 20. April 1337.

Nos Ludolfus dei gracia Comes de Halremunt. Johannes de Dedenſen. Gherardus de Anencampe famuli preſenti litera noſtris Sigillis firmata recognoſcimus et teſtamur, Quod fide data manu communi in ſolidum promiſimus et preſentibus promittimus honorabili viro Bernardo prepoſito et toti conuentu deuotarum virginum in wuluinghuſen pro honeſtis famulis Bernardo et Henrico fratribus dictis wilden, Qui eidem prepoſito et ſuo conuentui dimidium manſum cum vna area in campis et villa holthuſen ſitos pro quatuordecim marcis bremenſibus iuſta vendicione vendiderunt cum omni iure et vtilitate quo ipſi eos poſſiderunt et de predictis bonis ipſi prepoſito et ſuo conuentui veram et legitimam warandiam quociens et quando requiſiti fuerint preſtabunt prout in literis inde confectis plenius continetur Quod ſi facere neglexerint vel noluerint et nos moniti fuerimus pro aliquo defectu quem predictus prepoſitus ſiue conuentus in wuluinghuſen in obmiſſione premiſſorum ſuſtinuerint, hunc defectum ſine contradictione totaliter tenebimur integrare. Datum anno domini MCCCXXXVII in feſto paſche.

Von drei Siegeln fehlt das erſte.

Urk. 85.

Die Herzöge Otto und Wilhelm von Braunſchweig und Lüneburg und die Grafen Gerhard, Ludolf und Heinrich von Hallermund überlaſſen dem Propſte Bernhard und Convente zu Wülfinghauſen die Straße zwiſchen dem Pfarrhofe und dem Hofe Friedrich's von Jeinſen (zu Eldagſen). 9. October 1337.

(Vergl. Urk. 99. vom 15. Juni 1347.)

Van Goddes gnaden we hertoghe Otte vnde hertoge wilhelm van Brunſwich vnde van Luneborch vnde we Greue Gherhard. greue Ludolf vnde greue Hinrich van Halremunt. bekennet vnde betughet openbare in deſſeme breue. Dat we eyndrachtliken hebbet ghelaten vnde ghe orlouet. Prouęſt Bernharde vnde deme Conuente to Wuluinchuſen de Strate twiſchen der wedeme vnde deme houe de hern Frede-

Digitized by Google

rikes van Gepnsen hadde wesen to erer nut eweliken to besittende. To ener orkunde vnde to ener betughinge desser ding hebbe we vse ingbesegele ghe benght laten in dessen bref. Dit is ghe schen na godes bord. dusent jar drehundert jar in deme seuen vnde drittegbesten iare in Sunte Dyonisius daghe.

Fünf Siegel.

Urk. 86.

Der Rath zu Hameln thut kund, daß Konrad Honacke seinen Verwandten seinen Antheil an ihren gemeinschaftlichen Gütern zu Eldagsen verkauft hat. 10. März 1339.

Nos Consules in Hamelen recognoscimus lucide protestando Quod nostra in presentia Conradus dictus honacke et Conradus ipsius filius nostri coopidani vendiderunt et presentibus iusto vendicionis titulo vendunt. eorum petiam siue partem bonorum ante opidum Eyldagessen sitorum que hactenus vna cum thiderico godefrido et conrado eorum fratri (*sic*) et patruis possederant et habuerant indiuisim dictis godefrido et conrado dictis honacken ac eorum veris heredibus et dicti Conradus et Conradus eadem bona renunciant coram nobis ore et manu lucide vt est iuris ac ad dictorum godefridi et conradi fratrum possessionem vtilitatem et vsufructum dimittunt et resignant In cuius testimonium nostri opidi sigillum presentibus est appensum Datum anno domini MCCCXXX nono feria quarta proxima post letare.

Siegel der Stadt Hameln.

Urk. 87.

Priorinn Elisabeth und der Convent zu Wülfinghausen überlassen dem Propste Bernhard und dem Capellan Diederich von Lülne daselbst den Nießbrauch einer halben dem Kloster eigenthümlich gehörigen Hufe Landes und einer Hausstelle zu Holtensen (bei Eldagsen), welche dieselben von der Wittwe Bernhard's Wilden gekauft haben. 29. September 1339.

(Vergl. Urk. 84 vom 20. April 1337.)

Nos Elizabeth prioriſſa totusque conuentus monialium in wulwinghusen presentibus et futuris liquido recognoscimus vniuersis quod honorabilis vir dominus Bernardus noster prepositus et dominus Thidericus de lulne noster capellanus dimidium mansum ad nos iure proprietatis pertinentem in campis Holthusen situm cum vna area in villa eadem ab honesta vidua Bernardi wilden emendo sua pecunia compararunt. Quem dimidium mansum et aream dictam de nostro consensu et beneplacito ad eorum vite tempora cum omni vtilitate et fructu libere possidebunt. Ipsis autem in domino defunctis, eadem bona ad officium custodie nostre redibunt perpetuo permansura. In istius rei memoriam presentem Cartam fecimus sigillo

Digitized by Google

noſtri capituli conſignari, Datum anno Domini, Milleſimo Tricenteſimo. Triceſimo nono In feſto Michahelis.

Siegel abgefallen.

Urk. 88.

Ritter Johann Bock verpfändet dem Propſte Bernhard und dem Convente zu Wülfinghauſen die „Honſeſſche Huſe“ ſammt der Hausſtelle „Schapwort“. **4. December 1342.**

(Vergl. Urk. 93 vom 17. December 1343.)

Nos Johannes miles. et Johannes eius filius famulus dicti Bocke. preſenti littera noſtris ſigillis munita recognoſcimus lucide proteſtantes, quod obligauimus et in preſentibus obligamus cum omni iure vſufructu ac vtilitate Domino Bernhardo prepoſito et Toti conuentui Monaſterii in wuluinchuſen manſum vnum dictum wlghariter Honſeſſche Hoyue vnamque aream dictam wlghariter ſchapwort pro quatuordecim marcis puri argenti Hildenſemenſis ponderis et valoris . . nobis ab Erneſto famulo dicto Bok pro eadem pecunia obligatos, in quibus . . prepoſitus et Conuentus ſupradicti antea habuerunt et habebunt penſionem annualem, ita quod hunc manſum cum huiuſmodi area ſingulis annis in feſto beati Johannis baptiſte redimere poterimus pecunia pro predicta, ſi vero manſus cum area prenotati interim . . a nobis redimerentur per Erneſtum antedictum pro pecunia ſupradicta, tunc eadem pecunia . . prepoſito et . . Conuentui prenominatis a . . nobis deberet indilate miniſtrari. et hec premiſſa. nos Johannes et Johannes prenarrati. prepoſito. et Conuentui ſupradictis firmiter obſeruare promiſimus et preſentibus promittimus fide data. Datum anno Domini M°CCCXLII. in die beate Barbare virginis.

Urk. 89.

Die Gebrüder Ludolf und Heinrich Grafen von Hallermund verkaufen dem Propſte Bernhard und dem Convente zu Wülfinghauſen die „Woldwieſe“ an der Haller, ihren Schäferhof vor Eldagſen und einen Zins aus Alferde (Kirchdorf Amts Calenberg) auf Wiederkauf. **25. Mai 1343.**

Nos ludolfus et Hinricus fratres. dei gratia Comites de halremunt preſens ſcriptum viſuris ſeu audituris recognoſcimus vniuerſis. quod libera uoluntate et omnium heredum noſtrorum quorum intereſt et intereſſe poterit pleno conſenſu vendidimus et dimiſimus domino bernardo prepoſito et conuentui clauſtri wuluinghuſen pratum noſtrum iuxta halram quod dicitur woldwiſch et curiam noſtri ouilis cum opilione ante valuam Eldaſſen et duodecim ſolidos honouerenſes in Alfordia qui cobukes penninghe dicuntur ſingulis annis miniſtrandos. quos denarios ſi in parte noſtra minuti fuerint ſibi de denariis alius ville eiuſdem juris omnimode debebimus integrare. hec omnia prefcripta cum omni jure ſuo ſicut nos ea hactenus poſſedimus pro quinque marcis puri argenti hildem valoris et ponderis iam dicto prepoſito

Digitized by Google

et conuentui iuſtam warandiam et oportunam de huiuſmodi preſtare promittentes ad uſus ſuos in quietam poſſeſſionem dimittimus libere conuertenda. Attamen gratiam et optionem hec eadem bona pro pecunia ſupra notata reemendi quoquo anno termino quo ea dimittimus nobis a prepoſito et conuentui prefato optentam et preſtitam reſeruamus. Omnia itaque ſupradicta fide data promiſimus et preſenti litera promittimus ipſo prepoſito et conuentui fideliter obſeruanda. Huius in teſtimonium rei et memoriam fecimus ſcriptum preſens noſtrorum ſigillorum robore ſolidari. Datum et actum. anno domini M. CCC. XLIII. infra octauam aſcenſionis domini noſtri.

Siegel der Grafen Ludolf und Heinrich von Hallermund.

Urk. 90.

Heinrich von Elze und ſeine Söhne Bodo und Heinrich belehnen den Albert von Wülfingen mit zwanzig zehntfreien Joch Landes und einer Hausſtelle zu Elze. 29. September (Michaelis) 1343.

Siegel des Heinrich und Bodo von Elze; drittes Siegel abgefallen.

Urk. 91.

Johann, Hoyer und Gerhard, Söhne des Grafen Johann von Wohldenberg, verſprechen, daß ihr abweſender Bruder Burchard nach ſeiner Rückkehr ihre Schenkung des Obereigenthums dreier Hufen Landes zu Elze dem Convente zu Wülfinghauſen genehmigen ſoll. 30. November 1343.

(Vergl. Urk. 92 vom 15. December 1343.)

Dei gratia Nos. Johannes Hoyerus hilden ecclefie Canonicus et Gherardus fratres filii Johannis Comitis in Woldenberghe per preſentes litteras recognoſcimus atteſtando Quod promiſimus et data fide promittimus quod frater noſter borchardus comes de woldenberghe qui non in terminis eſt pro nunc cum per dei gratiam ad terminos redieret donacionem trium manſorum in campif elce conuentui in wuluinghuſen proprietatis tytulo per nos donatorum ab erneſto quidem boc nobis reſignatorum prout littere ſuper hoc predicto conuentui date docent, ratam et firmam habebit et appenſionem ſui ſigilli prefatif literis per nof factam de ſuo beneplacito et conſenſu fuiſſe et eſſe oris ſui verbis fatebitur et docebit vt hec premiſſa plena fide feruentur ſigilla noſtra appendi fecimus huic carte. anno domini MCCC. XLIII. in aduentu domini.

Drei Siegel der Grafen von Wohldenberg.

Digitized by Google

Urk. 92.

Johann, Hoyer, Burchard und Gerhard, Söhne des Grafen Johann von Wohldenberg, schenken zugleich mit ihrem Oheime, dem Grafen Ludolf von Wohldenberg [1]), die ihnen von Ernst Bock resignirten Güter zu Elze dem Kloster Wülfinghausen, und versprechen dem Propste Bernhard daselbst, daß ihre Schwestern die Canonissinn Hedwig zu Quedlinburg, die Nonne Elisabeth zu Wöltingerode und Jutta ihre Schenkung genehmigen sollen. 15. December 1343.

(Vergl. Urk. 91 vom 30. November 1343.)

In nomine domini Amen. Dei gratia Nos Johannes. Hoyerus Hildenfem Ecclefie canonicus. Borchardus et Gherhardus fratres. Comites. filii Johannis comitis de Woldenberghe recognofcimus quod tres manfos non decimales noftre proprietatis in campis ville Eltze fitos cum curia et vna area in eadem villa. cum omnibus eorum juribus et pertinencijs ubicunque fituatis nobis et patruo noftro Ludolfo comite de Woldenberghe ab Ernefto bok qui eos a nobis tenebat in pheodo libere refignatos. denotis in chriſto virginibus domine prioriſſe Totique conuentui fanctimonialium monafterii in Wuluinghuſen ob animarum noſtrarum et progenitorum noſtrorum ſalutem et remedium vna cum prefato patruo noſtro et noſtris heredibus omnibusque quorum conſenſus ad hoc requirendus fuerat in proprium donauimus et preſentibus donamus et in poſſeſſionem perpetuam tradidimus et per preſentes tradimus proprietatis titulo jure perpetuo pacifice poſſidendum (*sic*) et pro ſuis uſibus prout melius poterint diſponendum renunciantes omni juri actioni ſeu impeticioni que ad preſens uel in futurum in eiſdem bonis in parte uel in toto nobis et poſteris noſtris poſſent competere ullo modo. volentes prefato conuentui de bonis predictis veram et legitimam preſtare warandiam quando et quotiens ſuper eo fuerimus requiſiti. Promittimus inſuper fide data pro ſororibus noſtris. Hedewigha in Quedelingheborch canonica et Eliſabeth in Woltingherode moniali. et ſorore noſtra jutta et pro cunctis heredibus noſtris. natis uel naſcituris quod predictam donationem atque renunciationem per nos factam ratam habere debeant atque firmam. Hec omnia atque ſingula que preſcripta ſunt diſcreto viro domino Bernhardo nunc ibidem prepoſito et ſuis ſucceſſoribus predictoque conuentui fide data per preſentes literas noſtris ſigillis ſigillatas promittimus inuiolabiliter obſeruare. Datum anno domini M.CCC.XL.III. XVIII. kalendas Januarij.

Drei Siegel der Grafen von Wohldenberg; das vierte abgefallen.

---

[1]) Die Schenkungsurkunde des Grafen Ludwig von Wohldenberg ist an demselben Tage ausgestellt (Siegel abgefallen); desgleichen des »Henricus Comes de Woldenberg« (Siegel verletzt).

Digitized by Google

Urk. 93.

Ernst Bock und sein Sohn Hermann verkaufen dem Kloster Wülfinghausen die „Hunsen'sche" Hufe und eine Hausstelle zu Elze für 14 Mark. 17. December **(feria quarta quatuor temporum ante festum natiuitatis christi) 1343.**

(Vergl. Urk. 88 vom 4. December 1342.)

Siegel des Ernst und Hermann Bock.

Urk. 94.

Graf Gerhard von Hallermund und seine Söhne Wilbrand, Otto, Gerhard und Bodo [1]) schenken dem Kloster Wülfinghausen das Obereigenthum von sechs Hufen Landes mit einer Curie und einer Hausstelle zu **„Herberghen" [2]),** welche die Gebrüder von Knesebeck ihnen resignirt haben. 8. April **1345** [3]).

(Vergl. Urk. 96 vom 25. Juli 1345.)

In nomine domini amen. Dei gratia. Nos Gherhardus Comes de halremunt nec non willebrandus Hildem' Ecclesie canonicus Otto quoque gherhardus et Bodo predicti gherhardi comitis filij presentibus recognoscimus. quod sex mansos iure proprietatis in campis ville herberghen sitos cum vna curia et vna area in eadem villa et cum omnibus eorum juribus ac pertinencijs in pratis. siluis. paschuis ubicunque situatis nobis a Ludolfo et johanne fratribus dictis de knesbeke qui eos a nobis in pheodo tenebant libere resignatos deuotis in christo virginibus domine Prioriste Totique conuentui sanctimonialium monasterii in wulwinghusen. illi quoque seu illis quibus predicta bona vendere decreuerint uel a quibus alia bona permutationis nomine receperint ob animarum nostrarum et progenitorum nostrorum salutem et remedium cum consensu vniuersorum heredum nostrorum omniumque quorum consensus ad hoc requirendus fuerat in proprium donauimus et presentibus donamus et in possessionem perpetuam tradidimus ac per presentes tradimus proprietatis titulo iure perpetuo pacifice possidendum et suis vsibus prout melius poterunt applicandum (*sic*). renunciantes omni juri. actioni seu impetitioni que ad presens uel in futurum in eisdem bonis in parte uel in toto nobis et posteris nostris posset competere ullo modo. volumusque ipsis de eisdem bonis veram et legitimam prestare warandiam quando ubi et quociens super eo fuerimus requisiti. Pro-

---

[1]) Dieselben schenken am 28. April (quarto calendas Maji) 1345 dem Kloster vier Hufen Landes mit einer Curie und sechs Hausstellen zu „Remwerdissen" [4]), welche Johann von Harbeldessen ihnen resignirt hat.

[2]) S. Note 1 zu Urk. 65.

[3]) Dasselbe thun gleichfalls am 8. April 1345: „— — Ludolfus. Henricus domicellus. Otto Hildem' ecclesie canonicus fratres Comites de Halremunt." (Drei Siegel.)

[4]) S. Note 1 zu Urk. 21 vom 11. April 1245.

Digitized by Google

mittimus insuper fide data pro cunctis heredibus nostris natis uel nascituris. quod predictam donationem atque renunciacionem per nos factam ratam habere debeant atque firmam. Hec omnia atque singula que prescripta sunt Discreto viro domino Bernhardo nunc ibidem preposito et suis successoribus predictoque conuentui illi quoque uel illis ad quos predicta bona empcionis vel permutacionis nomine deuenerint fide data per presentes literas nostris sigillis sigillatas promittimus inuiolabiliter obseruare. Datum anno domini MCCCXLV. sexto ydus aprilis.

Von den fünf Siegeln der Grafen von Hallermund sind nur noch die drei ersten vorhanden.

Urk. 95.

Graf Adolf von Holstein und Schauenburg schenkt dem Kloster Wülfinghausen drei zehntfreie Hufen Landes, die Curie Winkelhof und eine Hausstelle zu „Herdingessen“ [1]). 21. Juni 1345.

Biſchof Volquin zu Minden verpfändet die Meierei zu Nonnenberg (Amts Wennigſen) dem Stifte Wunſtorf für die zweihundert Mark Bremer Silbers, mit welchen daſſelbe jene von dem Ritter Burchard von Cramm wieder eingelöſet hat. 26. Januar 1292.

Volquinus dei gratia Mindenſis Eccleſie Epiſcopus, Vniuerſis quibus preſens Scriptum fuerit exhibitum ſalutem in domino. Cum teneamur unicuique iuſ ſuum tribuere, ac neminem in contractibus nobiſcum bona fide initif quomodolibet defraudare, idcirco actionef noſtras ſcripture teſtimonio duximus prouide conſeruandas. Igitur preſens Scriptum vifurif notum facimuſ vniuerſis. quod cum villicacio noſtra in Runneberge Burchardo militi de Cramme pro Ducentif marcif obligata Bremenſis argenti, eo quod ipſam in termino ad redimendum ſtatuto redimere non potuimus, in dominium et iuſtum feodum ipſius effet militis tranſitura, Eccleſia Wnſtorpenſis tanquam filia deuota tantif noſtrif dispendiis pie condoleng, de manu dicti militis villicacionem redemit eandem, de noſtro et noſtri Capituli conſenſu interpoſito tali pacto, videlicet, quod dicta Wnſtorpenſis Eccleſia, prefatam villicacionem cum omnibus ſuis pertinenciis tam diu ſibi obligatam habebit, donec de redditibus villicacionif einſdem, annona et aliis obuencionibus quibuſcumque prout in feſto Michaelis communiter ſoluuntur, computatif, ſummam ducentarum marcarum plenarie confequatur, hoc nichilominus adiecto, quod nec noſ nec aduocatj noſtrj, premiſſe Wnſtorpenſi Eccleſie in ſepedicta villicacione, quouſque dictam ſummam ex integro perceperit, impedimentum ſeu incommodum aliquod faciemus, immo eciam ab aliorum iniuriis ſiue inuaſionibus pro poſſe fideliter defendemus. Inſuper ſi per caſus fortuitoſ, ſeu hoſticam rabiem, vel cuiuscumque violenciam, villicacionem ipſam deuaſtarj, ſiue deteriorarj contigerit, ſemper in omnem modum memorata Wnſtorpenſis eccleſia tam diu eam retinebit, quouſque iuxta modum premiſſum ſuam pecuniam plenarie fuerit affecuta. ad ampliorem igitur premiſſorum euidenciam, omnemque amputandam calumpniam preſens ſcriptum ſuper hoc contractu confectum, noſtro, ac Capituli noſtri Sigillis fecimus communirj. Datum anno dominj, M,CC, Nonageſimo Secundo In Craſtino Conuerſionis Paulj.

Das erſte Siegel iſt erhalten, das zweite abgefallen.

Urk. 46.

Abtiſſinn Gertrud zu Wunſtorf thut kund, daß Lutgarde [1]), die Wittwe des Grafen Konrad von Roden und Wunſtorf, dem Stifte zu Wunſtorf den halben

[1]) S. Note 1 zur Urk. 29 de 1281.

Digitized by Google

Langreder Zehnten (im Amte Wennigsen) geschenkt hat, damit nach ihrem Ableben Seelenmessen an ihrem und ihres Gemahls Sterbetage gefeiert würden, und zugleich die Art der Vertheilung der Aufkünfte jenes Zehnten bestimmt, den Blutzehnten aber ihrer Tochter Hedwig für deren Lebenszeit reservirt hat. 1293.

(Vergl. Urkunde 24. 25. 29. 30. 31 und 48).

Gertrudif dei gratia Wnftorpenfis Eccleſie Abbatiſſa Cunctis Chriſti fidelibus preſens viſuris ſeu audituris in perpetuum. Ne Sollempniter apud modernos ordinata per Succeſſionem temporis in obliuionem labantur, prudens decreuit antiquitaſ vt litterarum aut teſtium aminiculo memorie Succurratur, Igitur notum fieri cupimus vniuerſis, quod Lutgardis Nobilis domina Relicta Comitis Conradi de Rodhen ſiue de Wnſtorpe, non immemor anime Sue Salutis ac mariti Sui predicti, inſpirante ſibi gratia Spiritus Septiformis, contulit Eccleſie noſtre dimidietatem Decime in Lancredhere, ſtatuens de hac post obitum ſuum duoſ anniuerſarioſ fieri vnum ſibi et alium marito ſuo predicto perpetuo duraturoſ. Huius vero Decime fructus taliter diuidentur. In quolibet enim tempore due partes dabuntur dominabus et tercia parſ dominis Sacerdotibus cuius partis participeſ erunt Dyaconus et Subdyaconus ſi in predictis anniuerſariis miniſtrabunt. Hac ſiquidem conſolacione gaudebunt preſentes niſi eorum abſencia per cauſam legitimam excuſabilis comprobetur. Dabitur eciam de toto Cuſtodibus ante diuiſionem modiolus Siliginis et modiolus ordej. et tantum duodecim pauperibus. Quoddam iuſ quod appellatur Ochtmunt filie ſue Hedhewigi reliquid quoad vixerit, qua decedente, fructus huiusmodi communeſ erunt ſecundum diſtribucionis ordinem ſupradictum. Preterea annum gracie ſibi retinuit in fructibus Decime Supradicte, Nos vero huius donacionis benignitatj, grato animo inclinantes promittimus cum Capitulo noſtro totali ordinacionem antedictam immutabiliter obſeruare, confirmantes ac Roborantes ipſam noſtro, ac Capituli noſtri Sigillis ad obliuionem ſeu confuſionem quamlibet euitandam. Datum anno domini M.CC Nonageſimo III.

Beide Siegel abgefallen.

Urk. 47.

Bischof Konrad zu Minden entscheidet einen Streit zwischen der Äbtissinn Gertrud und den Stiftsherren zu Wunstorf Heinrich von Hedessen, Diederich von Borninchusen und Herbord einerseits, und dem Laien Johann von Gödestorf andrerseits, betreffend eine Hufe Landes sammt dazu gehöriger Hausstelle und zwei Buden, und die Äbtissinn mit dem Convente, dem Grafen (Johann) von Roden und den Edlen Herren Rudolf und Konrad von Diepholz [1]) verzichten auf alle Rache an Johann von Gödestorf und seinen Genossen. 1293.

[1]) S. Marienwerder Note zur Urk. vom 9. April 1288.

Digitized by Google

Nos Conradus dei gratia Mindenſis eccleſie Electus, confirmatus, per preſentia notum facimus vniuerſis quod cum venerabilis Gertrudis Abbatiſſa Wnſtorpenſis Eccleſie. ac dominus henricus de hedeſſen. Thidericus de Borninchuſen et herbordus canonici eccleſie eiuſdem ex vna, et Johannes dictus de Goderſtorpe laycus ex parte altera ſuper vno Manſo et duobus Macellis aliquamdiu diſcordaſſent. nos de vtriuſque partis conſenſu, cauſam huiuſmodi diſcordie decidimus tali modo. Predicta domina Abbatiſſa vtetur iure ſuo in illo Manſo ſicut in aliis manſis litonum in inſtitutione ſicut hactenus vti conſueuit, ſcilicet aream ad ipſum manſum pertinentem reliquid (*sic*) domina abbatiſſa dicto Jo. et vxori ſue Germendrudi ad vite ſue tempora poſſidendam Inſuper pro advocacia dicti Manſi quem idem Jo. cum vxore ſua predicta et priuigno ſuo henrico dicto Colſelt dicit ſe habere a comite Wnſtorpenſi ſex ſolidos percipiet annuatim, ita quod medietatem tollat Johannes, et medietatem henricus. Ceterum ab actione duorum Macellorum quam habuit contra canonicos antedictos omnino ceſſauit, quia coram domino Gyſone archidiacono in Aledhen in iudicio publice licet ipſe Jo., aliquantulum negaret, ſententialiter fuerat terminata. De dampno quoque quod durante diffenſione ab ipſo Jo. et a ſuis complicibus videlicet Conrado dicto yſengart, Gerardo bodeker. et everhardo tuſchebret domine Abbatiſſe et ſue eccleſie eſt illatum nulla ſequatur vlcio. immo pace ac ſecuritate plena gaudebunt ex parte ipſius Abbatiſſe et ſuorum videlicet Comitis de Wnſtorpe Nobilium quoque dominorum R. et C. de Deſholte. et dominorum et dominarum in ipſa eccleſia exiſtencium et omnium conſanguineorum ſuorum facere ac dimittere volentium propter ipſos. Quam compoſicionem quia partes ſe noſtro ſubmiſerunt arbitrio ſigilli noſtri munimine duximus proteſtandam, contenti exiſtentes ſigillo adhuc prepoſiture quia adhuc pontificali caremus huius rei teſtes ſunt. Geroldus decanus. Volquinus Scolaſticus dictus de monte [2]). Lvdolfus de Roſtorpe [3]) prepoſitus in hamelen. Lvdolfus de Arnem [4]) archidiaconus in Lvdbeke. Johannes de Rodenberch. Gyſo archidiaconus in Aledhen. Magiſter Jacobus Canonici. Nobilis de arnem Ludolfus [4]). Willikinus Wichgrauius. helenbertus Camerarius. Johannes de barchuſen Milites. ac alij fide digni. Datum anno dominj M°CC Nonageſimo III.

Siegel abgefallen.

[2]) Volquin Edelherr von dem Berge (1269—1306) war ein Sohn des Edelvogts Wedekind III. und der Richenza von Hoya und Bruder des Heinrich II., des Gerhard I., der Irmgard, Gemahlinn des Grafen Konrad von Everſtein, und der Jutte, Gemahlinn des Grafen Ludolf von Wunſtorf.

[3]) Dieſer Ludolf wurde Biſchof zu Minden und war ein Bruder des Edelherrn Friedrich. Vergl. Urk. vom 13. Juni 1297. Die Edelherren von Roſtorf beſaßen die Veſte Roſtorf bei Göttingen, welche 1319 durch Herzog Otto zerſtört wurde; lehnweiſe auch Hardegſen, Harſte, Moringen und die Vogtei über das Kloſter Marienſtein, welche Lehne ihm 1380 wegen eines Brudermordes abgenommen und dem Edelherrn von Pleſſe übertragen wurden. Im Wappen führten ſie zwei Schlüſſel. Ihre Geſchichte iſt vom Canonicus Wolf beſchrieben.

[4]) Ueber die Edelherren von Arnheim ſ. Note 1 zur Barſinghäuſer Urk. 13.

Digitized by Google

Urk. 48.

Graf Hermann von Spiegelberg [1]) verzichtet zu Gunsten des Stiftes Wunstorf auf alle Ansprüche an den Langreder Zehnten. 3. Februar 1294.

(Vergl. Urkunde 24. 25. 29. 30. 31 und 46.)

Nof Hermannus Comef dictus de Speygelberch. Vniuerfis prefenf Scriptum vifuris cupimus fore notum quod ab omni actione quam habuimus contra Eccleſiam in Wnſtorpe, ſuper inpeticione Decime in Lancredhere omnino ceſſamus, prefertim cum euidentiſſimis racionibus a iurisperitis inſtructi ſimus quod huic actioni de iure renunciare debuimus, Quod factum ad majorem euidenciam noſtro roboramus ſigillo. Huius rei teſtef ſunt, Dominus Conradus milef de Broke Engelbertus de Lente, Thidericus Buninch. Rodherus de Giltene, Arnoldus de Haſtenbeke, Ludolfus de Ymmedeſhuſen, Conradus de Reyneſtorpe Thidericus Hoben, Albertus de Gele, nec non alii fide digni. Datum anno domini, M.CC. Nonagefimo IIII. In Craſtino Purificacionis Marie, Siegel vorhanden.

[1]) S. Note 1 zur Urkunde 29 de 1281.

Urk. 49.

Bischof Ludolf zu Minden thut kund, daß es mit der Beschränkung der Stiftsstellen, wie mit der Propstei und der Verbindung der Pfründen mit den Beneficien nicht anders, als dem Herkommen gemäß gehalten werde, und erlaubt der Äbtissinn Gertrud mit ihren Canonissinnen und den Stiftsherren hierin ihr Recht zu genießen. 13. Juni 1297.

Ludolfus dei gratia Mindenſis Eccleſie Epiſcopus, Omnibus preſentia viſuris ſalutem in domino ſempiternam. Ea que iudicio vel concordia terminantur vt firma et illibata perſiſtant, nec in recidiue contencionis ſcrupulum relabantur, expedit ſcripturarum apicibus eternari, Ea propter cum inter nos ex una, et venerabilem dominam Abbatiſſam Gertrudim et Canonicas Eccleſie Wnſtorpenſis ſuper diminutione perſonarum in eadem Eccleſia inſtituendarum, et ſuper prepoſitura ibidem vt dicebatur olim habita, et inter Canonicos eiusdem Eccleſie ſuper pluralitate beneficiorum, eorundem prebendis vt afferunt annexorum, ex parte altera, mota fuiſſet aliquamdiu materia queſtionis, Nof, Abbatiſſa et perſonis predictis ad noſtram preſentiam euocatis, ac ſupra premiſſis racionibus auditis, et prout iure debuimus probacionibus admiſſis, comperimus, quod ex antiqua conſuetudine ac omnium noſtrorum predeceſſorum promiſſione in perſonarum numero, ac aliis premiſſis, ſeu quolibet premiſſorum, eo iure hactenus gaudebant quo gaudere uidentur tempore hodierno.

Et ne ipſis deinceps queſtio a nobis ſuſcitetur, eoſdem auctoritate ordinaria, ſuo iure quo hactenus gauiſi ſunt perfrui libere permittimus ac in nomine dominj prefentibus indulgemus noſtri ſigilli munimine roboratis. Huius rei teſtes ſunt, Geroldus Majoris Eccleſie Decanus. Volquinus prepoſitus Eccleſie Sancti Martini. Arnoldus Cellerarius. Thethardus Scolaſticus. Wede-

Digitized by Google

kindus prepoſitus in hamelen. Lodewicus prepoſitus Eccleſie Sancti Johannis in Minda. Gyſo archidiaconus in Aledhen. Magiſter Jacobus Cantor Mindenſis. Johannes de Rodhenberch Canonicus. Ludolfus archidiaconus in Lutbeke. Conradus poppe canonicus. ac Nobilis miles Fredericus frater noſter dictus de Roſtorpe [1]) nec non alij fide digni. Datum anno dominj M,CC, Nonageſimo, VII, Idus Junij.

Siegel abgefallen.

[1]) S. Note 3 zur Urkunde 47 de 1293.

Urk. 50.

Der Rath zu Wunſtorf verordnet, daß jeder Bürger, welcher mit Bewilligung der Äbtiſſinn Gertrud und ihrer Kirche zu Wunſtorf einen Garten vor dem Stadtthore angelegt hat, dem Stifte jährlich achtzehn Pfennige entrichten ſoll. 7. März 1298.

Noſ Conſules Ciuitatiſ in Wnſtorpe. Videlicet Godefridus de Lente. Dhedericus de platea textorum. Thidericus de Horſten. Giſeke de Winkeſlere. Henricus filius Bruningi. et Conradus Sſtamere. recognoſcimus publice proteſtando, quod quicunque de Ciuitate noſtra et conſorcio habuerit ortum [1]) qui ex licencia domine noſtre Gertrudis abbatiſſe et ipſius Eccleſie Wnſtorpenſis, edificatus eſt extra portam ciuitatis ad aquilonem, decem et octo denarioſ eidem Eccleſie annuatim perſoluet nichilque aliud edificabitur in ipſo niſi tantum una caſa que ponetur iuxta plateam cummunem. Preterea ſi predicta domina Abbatiſſa et Eccleſia molendinum conſtruere decreuerint citra eundem locum vel quodcunque edificium oportunum, idem orti [1]) poſſeſſor vel Ciuitas nullum eiſdem in predicto ſpacio impedimentum preſtabit, immo ſe ad hoc beniuolum exhibebit. Cui proteſtacioni noſtrum ſigillum duximus apponendum. Datum anno dominj M,CC Nonageſimo VIII. Nonas Marcij.

Siegel vorhanden.

[1]) Für hortum und horti.

Urk. 51.

Biſchof Ludolf zu Minden entſagt ſeiner Anforderung an das Stift Wunſtorf in Betreff zweier Töchter des Edlen Herrn Ludolf von Lohe [1]). 13. Mai 1300.

Nos Ludolfus dei gratia Mindenſis Epiſcopus cunctis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum viſuris cupimus eſſe notum, quod peticioni quam fecimus in Eccleſia Wnſtorpenſi pro duabus filiabus Ludolfi de Lo Nobilis, paupertate ipſius Eccleſie inſpecta renuncianus omnino, nec decetero

[1]) Über den Edelherrn von Lohe S. Note 1 zur Barſinghäuſer Urkunde vom 23. October 1295.

Digitized by Google

ipſam per noſ ſuſcitabimus vel per noſtros, Quam renunciacionem noſtro declaramus ſigillo. Huius rei teſtes ſunt Wedikindus prepoſitus Hamelenſis, Giſo Archidyaconus in Aledhen. Henricus Decanus in Ludbeke, Datum anno domini, M°,CC°, Seruacij confeſſoris.

Siegel erhalten.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Calenberger Urkundenbuch.

Neunte Abtheilung.

Archiv des Stifts Wunstorf.

Heft II. 1301. bis 1400.

Digitized by Google

Digitized by Google

Calenberger Urkundenbuch.

Neunte Abtheilung. Archiv des Stiftes Wunstorf.

Heft II. 1301 bis 1400.

Urk. 52.

Herzog Otto von Braunschweig und Lüneburg erklärt sich damit einverstanden, daß das Stift Wunstorf den ihm vom Grafen Johann von Wunstorf verpfändeten s. g. Osterhof zu Groß-Munzel vom Ritter Ludold von Escherde wieder einlöse. 1301.

(Nach dem Originale im Archive zu Wunstorf. — Abgedruckt im V. A. de 1841 p. 239. — Vergl. Urk. v. 16. Juli 1301.)

Dei gratia, Nos Otto Dux de Brunefwich et de Luneborch per preſens ſcriptum notum fieri cupimus valuerſis, quod cum conſtaret nobis ex litteris ſiue priuilegiis Wnſtorpenſis Eccleſie quod Curia in Munſlo que appellatur Oſterhof, quam nobis vir Nobilis Johannes Comes de Wnſtorpe pro Quadraginta quinque Marcis obligauit, pleno iure predicte Eccleſie pertineret, Nos ratum habentes, quod eandem Curiam a domino Ludoldo Milite dicto Eſcherte predicta redimat Eccleſia pro eadem pecunie ſumma, liberam etiam concedimus redimendi facultatem, Quo facto, ad commodum et vtilitatem eiuſdem Eccleſie obligationi renunciamus predicte. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Anno Domini M°CC°I°.

Das runde Siegel des Herzogs Otto mit dem ſchreitenden Löwen iſt nur zum Theil erhalten.

Urk. 53.

Ritter Diederich von Stöcken bekennt, daß ihm an der Meierei Barrigſen (im Kirchſpiele Groß-Munzel, Amts Blumenau) und an fünf Hufen zu „Stedi-

Digitized by Google

um,“ [1]) keine weitern Anſprüche zuſtehen, als die dortigen Meierleute haben, welche davon eine jährliche Abgabe an das Stift Wunſtorf entrichten. 5. Juni 1301.

Ego Thidericus miles dictus de Stockhem recognoſco in preſentibus et proteſtor, quod nichil plus iuris habeo in villicacione Barchuſen et bonis attinentibus, et in quinque manſis Stedium, quam quod villicj inhabitantef habuerunt qui annualem penſam Eccleſie Wnſtorpenſi perſoluerunt debitam et conſuetam, quam de ipſis bonif foluam ipſi iam dicte Eccleſie ſicut decet, nec uſurpabo michi iuſ aliquod in ſuppellectilibus nec in iure quod appellatur Beddemunt, nec litones dictorum ammouebo bonorum, quam diu poſſunt ſue amminiſtracioni preeſſe. Me quoque decedente, nec ad vxorem meam, nec ad heredes meof ſi forte adhuc habiturus eſſem, bona eadem deuoluentur, ſed ad dictam Eccleſiam liberaliter abſque alicuius contradictione redibunt. In cuius rei recognicionem et teſtimonium ſigillum meum. vna cum domini Johannis de Golturne et Conradi Holtgreuen Militum, duxi preſentibus apponendum. Huius rei teſtes ſunt, Conradus de Hedeſſen, Bertrammus de Hareboldeſſen iunior, Thidericus Holtgreue iunior, Alexander de Holle Militef, ac alii fide dignj. Datum anno domini M°.CC°.I°. Bonifacij.

Die Siegel des Diederich v. Stöcken, des Johann v. Goltern und des Konrad Holtgreve ſind abgefallen.

[1]) „Stedium, Stedigem“ lag zwiſchen Leveſte und Langreder im Amte Wennigſen. Das Stemerfeld wird von Leveſte aus bebaut.

Urk. 54.

Ritter Ludold von Eſcherde überläßt dem Stifte Wunſtorf das Eigenthum des ihm von dem Herzoge Otto von Braunſchweig und Lüneburg und dem Grafen Johann von Wunſtorf für 45 Mark — und zwar, wie er ſpäter erfahren — widerrechtlich — verpfändeten ſ. g. Oſterhofs zu Groß-Munzel (im Amte Blumenau). 16. Juli 1301.

(Nach dem Originale. — Abgedruckt im V. A., p. 240. — Vergl. die Urk. 52 de 1301 u. v. 13. Juni 1302.)

Ego Ludoldus miles de Eſcherte recognoſco in preſentibus et proteſtor. Quod curiam in Munſle que Oſterhof appellatur quam obligatam tenuj a domino meo Illuſtri principe Ottone duce de Brunefuich et de Luneburg, et a Nobili viro Comite, Johanne de. Wnſtorpe pro Quadraginta quinque Marcis Bremenſis argentj ex conſenſu, et ratihabicione ipſorum dominorum predictorum, Eccleſie Wnſtorpenſi ſolutam dimiſj. Preſertim cum michi cum ipſis conſtaret, quod dicta curia pleno iure pertineret ad Eccleſiam memoratam . . Quod prenominatus Jo, comes de Wnſtorpe qui ſibi dictam curiam contra ius uſurpauerat, recognouit et conſenſit ſpecialiter et renunciauit omnj actioni quam habere videbatur in ipſa coram teſtibus infra ſcriptis. Qui ſunt. dominus Bertrammus de Hareboldeſſen Junior . . Johannes de Negenborne, Ludolfus de Goltorne, Lodewicus de Endelingborſtelde, nec non filius ſuus Hardecke, famulj. Hermannus de Rintelen, Godfridus de Lenten Burgenſes in Honouere, qui quatuor bis fuere huiusmodi recognicioni et re-

Digitized by Google

nunciacioni prefentes. Ego enim hijs appono meum sigillum ad euidenciam pleniorem. Datum, anno domni. M.CCC.I. In craftino Diuifionis Apoftolorum.

Siegel des Ludold von Eſcherde nur theilweiſe erhalten zeigt zwei Schlüſſel.

Urk. 55.

Äbtiſſinn Gertrud zu Wunſtorf beſchenkt den Altar St. Georgii mit zwei Hufen Landes zu Wunſtorf, welche dem Stifte durch den Tod der Hildegunde vom Hofe zugefallen ſind. 24. März 1302.

Gertrudis dei gratia Wnſtorpenſis ecclefie abbatiſſa omnibus in perpetuum. Cum res temporales in pios vſus conuertere apud deum fit fama laudabilis et meritum gloriofum, Igitur nouerint vniuerfi quod cum duo manſi in campo ciuitatis noſtre fciti *(sic)*. per mortem domine hildegundis dicte de curia nobis vacarunt, ita quod noſtro beneplacito ipſos poteramus uendere feu conferre, Nos igitur anime noſtre inſpecta falute diligenti conſilio capituli noſtri prehabito et obtento conſenſu eadem bona apud altare ſancti Georij in ecclefia noſtra locauimus tali conditione et lege appoſita ut rector ipſius altaris qui pro tempore fuerit in annunciatione beate marie uirginis ex ipſis bonis. XXVI. ſolidos exſoluat, quorum domine noſtre. XIIII^or^. percipient, et domini facerdotes qui prefentes fuerint. ſex. alij uero ſex canonici duos ſolidos, miniſtri hoc eſt dyaconus et ſubdiaconus tunc ad altare ſeruientes, campanarii vnum ſolidum. XII. pauperibus vnum ſolidum, pro caudela nocturnali IIII^or^. denarios. et VIII°. denarios pro oblatione altaris ad ſummam miſſam Item ſtatuimus ut idem rector de bonis predictis. X. ſolidos exſoluat. Salus populi. dominabus. VI. ſolidos. Sacerdotibus prefentibus. III. ſolidos. campenariis. VI. denarios. XII. pauperibus. VI. denarios. duos modios ſiliginis et duos modios ordei ad ſanctuarium quod poſtea dabitur pauperibus, Ceterum ſtatuimus ut partes ſiue portiones abſencium tam dominarum quam dominorum et aliorum cuſtos tollat quatinus ad diuinum obſequium de vino poſſit melius prouidere. vt autem hec rata et inconwlſa omni future poſteritati permaneant. Sigillo noſtro et ecclefie prefens ſcriptum inde confectum duximus roborandum. Datum anno domini. M.CCC.II. In vigilia annunciacionis marie.

Beide Siegel (der Äbtiſſinn und der Wunſtorfer Kirche) abgefallen.

Urk. 56.

Graf Johann von Roden genehmigt nebſt ſeinem Sohne Ludolf den von ſeinem Vater, dem Grafen Ludolf, geſchehenen Verkauf des Oſterhofs zu Groß-Munzel (Kirchdorf im Amte Blumenau) an das Stift Wunſtorf. 13. Juni 1302.

(Nach dem Originale. — Abgedruckt im V. A., p. 241. — Vergl. Urk. v. 16. Juli 1301.)

Noſ Johannes dej gratia Comes de Rodhen. Vniuerſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum viſuris ſeu audituris cupimus eſſe notum, quod cum dubium haberemus de vendicione curie in Munſle que appellatur Oſterhof, quam pater noſter Nobilis vir Comes Ludolfus pro Quadraginta quinque marcis vendidit Ecclefie Wnſtorpenſi, Nos veritate comperta huiuſmodi empcionis, vna

Digitized by Google

oum filio noſtro Ludolfo, ratum habemus quod pater noſter fecit in vendicione predicta, nec vllam de cetero contra predictam Eccleſiam habebimus queſtionem, Quod noſtri ſigilli munimine proteſtamur. Huius rei teſtes ſunt Venerabilis vir prepoſitus hamelenſis Wedekindus. Alexander de Holle. Thidericus ſenior Holtgreue. Thidericus Junior Holtgreue. milites. Conradus et Hildeboldus fratres noſtri ac alii fide digni. Datum anno domini M. CCC. II. Idus Junij.

Siegel des Grafen Johann iſt abgefallen.

Urk. 57.

Diederich Aue verkauft an Diederich von Horſt dreizehn Äcker zu Wunſtorf vor dem Rathe daſelbſt auf Wiederkauf, und räumt daneben der Äbtiſſinn Gertrud zu Wunſtorf ein Wiederkaufsrecht ein. 19. März 1303.

Nos Conſules Ciuitatis in Wuſtorpe cunctis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum viſuris ſeu audituris cupimus eſſe notum. quod Thidericus ave filius et Thidericus dictus de Horſten talem inter ſe coram venerabili domina noſtra Abbatiſſa Ger. inierunt contractum. Predictus vero Thidericus filius aue vendidit Thiderico predicto de horſten tredecim agros in campo Ciuitatis noſtre pro tredecim marcis Bremenſis argenti, ita tamen quod ipſe vel heredeſ ſui infra triennium dictos agroſ reemere poterit pro eadem pecunie quantitate, Si vero infra terminum predictum Thidericus venditor prefatus hoc facere non valeret, prenominata domina Abbatiſſa vel eccleſia ad quam iuſ patronatus ſpectat ipſorum bonorum pro tanto redimere poſſet ſi vellet ab emptore vel ſuis heredibus remota contradictione qualibet et errore. Triennio vero elapſo ſi venditor predictorum bonorum ipſa recuperare non poterit emptor eorum infra menſem ſe exhibebit domine Abbatiſſe ad redimenda bona prout ſuperius eſt expreſſum. Quod ſi nec venditor nec domina Abbatiſſa ipſos agros reemerint, emptor Thidericus predictus ipſos rite in feodo cum ſuiſ heredibus poſſidebit. Vt autem de hiis nulla ambiguitas oriatur, de conſenſu parcium preſenti ſcripto noſtrum pro teſtimonio ſigillum duximus apponendum. Datum anno domini M. CCC. III. feria tercia poſt Gertrudiſ.

Siegel der Stadt Wunſtorf abgefallen.

Urk. 58.

Graf Johann von Roden und Herr Johann Schele, Domherr und Sangmeiſter zu Minden, ſtiften einen Vergleich zwiſchen dem Stifte zu Wunſtorf und Segebodo von Hedeſſen und Bertha ſeiner Ehefrau wegen des Guts zu „Hedeſſen“ [1] und den „nort Tegheden [1]“. Wunſtorf, 5. April 1303.

Van der gnade vnſes leuen Heren we Johan Greue tho Rhoden vnde van Wnſtorpe. vnde ek her Johann Scele domhere vnde Sanchmeſter tho Minden. dot witlek allen guden luden. vnde betughet openbare. Dat de Edele vruwe, de Ebbeſche von Wnſtorpe vnde ore Stichte. In claghe hadden Segheboden van hedeſſen vnde Berthen ſyne echten vruwen vmme ore Banneghen

[1]) »Hedeſſen bej dem Anger, negſt der Statt Wunſtorp,« und der »Norder Zehnten vor Wunſtorf«. S. Note 1 zur Urk. 7.

Digitized by Google

prouende van orem amechtgude tho Hedessen, dat gheheten is byhorst, dat se van on hadden an meygerstad vnde hadden on de prouende vorseten myd sullef wolt en jar vnde mannech also dat gherekent ward bouen hundert brem mark suluern. des se beyde wal bekennech weren. vnde vunden des seluen ammecht gudes vele buthen oren meygerschen weren, dat se vorpendet vnde vorsath hadden. hir vmme dat, hadde de Ebdesche on de meygerscap vpghesecht lathen tho rechten echten thiden. Dat en duchte vs dat beste nycht wesen. vnde nemen de claghe tho vns, vnde hebbet se vruntliken ghesceden, na orer beyder willen aldus. De Ebdesche vnde dat stichte schon Segheboden vnde berthen syne vruwen besitten lathen in der meygerscop vmme den tyns dessuluen ammechtes. Den nort Tegheden scal dat Stichte suluen beholden tho syner eghenen nvth myd allem rechte. vnde Seghebode. vnde syn vruwe berthe, edder we de meygerscop heft des amechtes, de en schon nycht mer rechtes hebben edder beholden an demsuluen Tegheden, men he scal blyuen ewelken by deme Stichte in wlme rechte, van dem anderen gude houe vnde tegheden des ammechtes dar schon se afgheuen deme stichte ore rechten besatten vnde bescreuenen prouende in vulme rechte myd willen vnde myd leue vnbeworen. vnde se schon weder in losen wad se des gudes vorpendet unde vorsath hebben degher vnde al. vnde se en schon na desser tyd mer dat sulue ammecht gud noch vorsetten noch vorpenden noch nenerleyge wis vth erer hebbenden meygerschen were lathen, se en don dat myd willen der Ebdeschen vnde des stichtes. Weret. dat se in desser stucke jengheme brochaftech worden so mach de Ebdesche dat ammecht bemeygeren wor vnde weme ore dat bequeme is, dest se on dat vore vpsegghen lathe to rechten thiden, dat schal denne wesen vnde is myd Segheboden. vnde berthen syner vruwen vnde erer Eruen degher guden willen. Ok dat se des Tegheden hir vorbenomd nenen schaden en hebben in der prouende vth tho gheuende vnde nene hulperede mer dar an soken en doruen na desser tyd mer, so scal desse sulue vruwe de Ebdesche vnde ore stichte tho Wnstorpe on gheuen vnbeworen In ene wederstadinge dessessuluen tegheden XX. mark vnde hundert brem. suluers bynnen ver weken neghest to kommende, dar spreke we on vore, dat on dat io schen schal ane vortoch. vnde de summe des vorsetenen tynses de scal dar tho los wesen degher vnde alto male. Aldus hebbe we se ghe scheden tho grunde na orer beyder willen myd hulpe vnde rade desser nascreuenen ridderen vnde knechten vser truwen man vnde vrunt. dar se en beydent syden aldesse deghedinge vnde stucke vore vulbordeden truwelken tho holdende by oren loften vnde eden. Vortmer ek Seghebode van Hedessen bekenne openbar in dessem suluen breue under meneme Inghesegele. na dem male. dat de Edle here Greue Johan van Wnstorpe vnde tho Roden myn here, vnde her Johan Scele, desse scedinge ghedeghedinget hebbet vp myn beste vnde myner vruwen vnde na vseme hete vnde wlborde, des hebbe ek vor my vnde vor myne vruwen berthen vnde vor vse Eruen de scedinge vnde de deghedinge vnde al de stucke de dar an begrepen syn na vtwisinge desses ieghewordeghen breues, der Edelen vruwen der Ebdeschen myner vruwen vnde deme Stichte tho Wnstorpe vnde tho orer truwen hand den Edelen heren dem Biscope van Minden vnde dem Greuen tho roden vnde tho Wnstorpe ghelouet vnde loue se en truwen myd hande vnde myd munde vnde hebbe de an den hilghen ghesworen myd staueden Eden stede vnde vast tho holdende sunder iengherleyge behelpinge geystlikes eder werlikes rechtes. To ener mereren betuginge vnde openbaringe desser deghedinge so hebbet myd vs dar an vnde ouer ghewesen desse erbaren Riddere vnde knechte. her Richert Vos. her harbert van Mand. her dyderik holgreue. her dyderik vnde her Cord Holtgreue. her hilbolt vse broder, Jorden Vos. Arnd holtgreue. arthus van neghenborne. Gyse van

Digitized by Google

Landesberg. arnd van lenthe. hartman ſcele vnde Cord van Eckere. Actum placitatum et datum in monaſterio Wnſtorpenſi ſub anno a nativitate domini. M.CCC.III. in paſſione domini noſtri. noſtris ſub ſigillis. in teſtimonium omnium predictorum appoſitis.

Die drei Siegel, welche an der Urkunde gehangen haben, ſind abgefallen.

Urk. 59.

Biſchof Gottfried zu Minden verfügt, daß es hinſichtlich der Präbenden des Stifts Wunſtorf beim Herkommen verbleiben ſoll. Veſte „Nygenhus“ [1]) 1305.

Godefridus dei gratia Myndenſis eccleſie epiſcopus, dilectis in Chriſto . . Abbatiſſe . . conuentui et . . Canonicis Wunſtorpenſis eccleſie, ſalutem in domino. Litigantibus coram henrico Canonico fritſlarenſis eccleſie, Clerico noſtro, vices noſtras tunc gerente, Borchardo et Gerhardo sacerdotibus, concanonicis veſtris, conuenerunt taliter inter ſe, de conſenſu dicti cognitoris, quod ſi vos domina . . Abbatiſſa, que mencionem feciſtis in litteris veſtris patentibus, de quadam conſuetudine eccleſie veſtre, vna cum canonicis iuraueritis, vel canonici tantum, quod huiusmodi conſuetudo cui iuxta tenorem literarum veſtrarum predictarum, Borchardus antedictus innititur, sit inducta racionabiliter, et ex certa ſciencia, per vices ſufficientes, non pecunia vel fauore, nec interrupta per aliquem et eo animo inducta, vt pro tempore preſenti et futuro, semper pro conſuetudine racionabili obſeruetur, dictus Gerhardus, dabit locum eidem Borchardo, in prebenda sacerdotali nunc vacante, ſaluo sibi iure de proxime vacatura. Igitur, predicti iuramenti, coram ipſis partibus, vel conuentu, preſtandi, terminum peremptorium infra hinc et vigiliam paſche proximam, vobis duximus aſſignandum. Alioquin, poſt terminum iam predictum in continenti, prefatum Gerhardum, tam in iure quam in fructibus prebende sacerdotalis predicte, ſub pena excommunicacionis, exigente iuſticia, decreuimus admittendum. Datum apud Novum Caſtrum feria secunda poſt ramos Palmarum. Anno domini M.CCC. Quinto Reddite lteras ſigillatas. Datum ut ſupra.

Das Siegel des Biſchofs iſt abgefallen.

---

[1]) Eine halbe Stunde oberhalb Liebenau an der Weſer hinwärts nach Stolzenau gelegen, vom Biſchofe Wilhelm zu Minden erbaut und am 6. Auguſt 1346 von den Grafen Gerhard und Johann von Hoya zerſtört.

Urk. 60.

Ludold von Eſcherde, Konrad Holtgreve und Diederich von Stöcken thun kund, daß Johann Hiddeſtorf allen Anſprüchen an die Güter zu Harenberg (im Kirchſpiele Seelze, Amts Blumenau) zu Gunſten des Stiftes Wunſtorf entſagt hat. 8. Februar 1306.

Nos Ludoldus de Eſcherde, Conradus Holtgreue, et Thidericus de ſtokken. militeſ. omnibus preſencia viſuris ſev auditurif cupimus eſſe notum, quod Johannes dictus Hiddeſtorp, nec non et mater ſua, coram nobis conſtitutj, pure renunciauerunt omni iurj quod ipſif in bonis Horenbere et ad ipſa bona pertinentibus competere videbatur. Et ne predicta actio quam contra

Digitized by Google

Ecclesiam Wnstorpensem habuerunt minus iuste, in pristinam confusionem refurgat vel in dubium veniat de consensu et rogatu predictorum pro testimonio dictam renunciacionem sigillorum nostrorum euidencia publice declaramus. Huius rei testes sunt, Thidericus de Goddenstede Olricus de Ilten. Johannes de Alten. Ludolfus de Golturne Junior. milites. Insuper et Conradus dictus pheysen patruus predicti Johannis qui dudum de predictis bonis eandem renunciacionem fecerat, et suam similiter iniuriam recognouit. Datum anno domini M.CCC.VI. feria tercia ante Scolastice virginis.

Die Siegel des Ludold v. Escherde, des Konrad Holdgreve und des Diederich v. Stöcken sind abgefallen.

Urk. 61.

Das Domcapitel zu Minden entscheidet einen Rechtsstreit zwischen den Canonicis zu Wunstorf und dem dortigen Stiftsmeier Segebodo von Hedessen wegen Verabreichung von Stiftspräbenden. Geschehen im Chore zu Minden, 16. Juni 1308.

(Vergl. Urk. vom 5. April 1303.)

Nos Gheroldus Decanus et Capitulum ecclesie Mindensis Constitutis coram nobis Canonicis ecclesie Wnstorpensis ex una. Zechebodone de hetessen eiusdem ecclesie villico parte ex altera super controuersia, que super retentis prebendarum ecclesie Wnstorpensis per eosdem canonicos eidem Zechebodoni mouebatur hec nostra communis fuit sentencia, quod Zechebodo villicus predictus tenetur ecclesie Wnstorpensi de villicacione sua integram dare prebendam Quemadmodum de illa villicacione, pater seu progenitores ipsius iure dare consueuerunt. Sentenciamus eciam, quod si idem Zechebodo bona villicacionis predicte alicubi inuenerit abstracta quod ipsa potest coram Judice competentj inpetere, et in quantum ej ibidem iugiter dederit recuperare et si juste poterit se iuvare de quaternis prebendarum Wnstorpensis Canonici eiusdem ecclesie ipsos eidem ad legendum exhibebunt. Acta sunt hec in choro Mindensi. Anno domini M.CCC.VIII. Sextodecimo kalendas Julii.

Das anhängende länglich runde Siegel stellt zwei aufrecht stehende Männer mit dem Heiligenscheine um das Haupt dar. Der eine hält einen Schild, auf welchem ein Stern, der andere einen Schlüssel. Die Umschrift ist nicht mehr zu lesen.

Urk. 62.

Graf Johann von Roden schenkt mit Zustimmung seines Sohnes Ludolf der Äbtissinn Gertrud und dem Stifte Wunstorf die Vogtei über die Curie „Borstelt [1])“ und die zu ihr gehörenden Hufen und Zehnten, und stiftet eine Memorie für seinen verstorbenen Vater Ludolf von Roden, an dessen Sterbetage alljährlich verschiedene Gaben unter die Stiftsmitglieder vertheilt werden sollen. 22. April 1309.

(Nach dem Originale. — Abgedruckt im U. A., p. 242.)

[1]) Siehe Note 2 zur Urk. 44 de 1292.

Digitized by Google

Johannes Dei Gratia Comes de Rodhen, Cunctis Christi fidelibus presens scriptum visuris, salutem in domino, Nouerint vniuersi quod nos de bona voluntate et consensu dilecti filij nostri Ludolphi, ac omnium heredum nostrorum advocaciam in Borstelt super ipsa curia et mansis qui siti sunt citra curiam et iuxta ciuitatem et decimis pertinentibus ad eandem, Wnstorpensi ecclesie liberam contulimus, omni iure quod nobis nostrisque progenitoribus in eadem aduocacia competebat, pro salute anime patris nostri nobilis viri Comitis, Lud. de Rodhen pie memorie, ac in remedium nostre, speramus enim cum ipso eternam mercedem recipere, vt ipsius memoria videlicet in iam dicta ecclesia in eius anniuersario annis singulis habeatur, quam tamen ita obseruari statuimus, ut cum ipsius anniuersarius aduenerit, cuilibet domine det. abbatissa, que pro tempore fuerit, tres modios annone, videlicet vnum siliginis, unum ordei, vnum auene, domicellabus mediam partem, ad predictum anniuersarium perpetuis temporibus peragendum, Jn cuius donacionis evidens testimonium, presens scriptum inde confectum, sigilli nostri fecimus munimine roborarj, et fepedicte ecclesie dedimus Ad cautelam, Gherthrudis Abbatissa venerabilis, que nunc est, sui Capituli accedente consensu, se obligauit, suo, suique Capituli sigillis presentibus annexis, quod ipsa singulis annis predictam dominabus persoluet annonam, et facerdotibus prebendas ad altare offeret, Idemque omnes abbatisse sibi facient succedentes, Huius rei testes sunt, Venerabilis dominus Wolquinus prepositus Maioris Mindensis Ecclesie, Thidericus de Godenstede Eylardus de Lenthe, Theodericus iunior holtgreue, Milites, hinricus de Bevente, Conradus et Hildeboldus fratres nostri, arnoldus de Lenthe, Conradus de Barchusen, seghebodo de hedessen, famuli, et alij quam plures fide dignj, Datum anno dominice Incarnacionis, M°CC° nono, In vigilia beati Georgij Martyris, IX° Kalendas Maij.

Das große runde Siegel des Grafen Johann ist vorhanden und zeigt den Löwen; Siegel der Abtissinn Gertrud abgefallen; von dem Siegel des Wunstorfer Capitels ist nur ein kleiner Rest vorhanden.

Urk. 63.

Dethard, Herr der Curie „Mirabilesbruch [1])“, thut kund, daß Bertrade von Munzel, ihre Tochter Adelheid und ihre drei Söhne seiner Kirche wachszinspflichtig sind. 29. November 1309.

Ego dethardus dominus curie dicte mirabilesbruch recognosco in presenti littera et protestor dominam Bertradim de Munessle et tres eius filios Gisekinum Johannem et Hermannum ac vnam filiam Alheydim cerocensuales esse nostre ecclesie et fuisse. In cuius rei euidens testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum Datum anno domini M°CC°C°IX° in vigilia beati Andree

Siegel des Dethard stellt einen Heiligen dar und unter demselben eine knieende Figur.

[1]) Jetzt Bruchhof bei Stadthagen, südlich von Sachsenhagen. S. Spilker's Gr. v. Wölpe §. 12.

Urk. 64.

Der Rath zu Wunstorf überläßt dem Priester Heinrich Bicketut einen Platz zum Behuf eines Kornspeichers auf Erbenzins. 26. März 1312.

Nos, Thy. de horsten, Bor. sutor, Jo. de bennessen, hyn, de hulsede. Eue pop henneke.

Digitized by Google

hyn, ofmenig, pro tempore Confules Ciuitatis Wnſtorpenſis, Totaque vniuerſitas ibidem recognoſcimus per preſentes, quod hynrico Sacerdotj dicto bicketut dedimus aream illam ſiue locum ubi quoddam granarium edificauit, perpetue poſſidendum, tali condicione ſi in quolibet feſto paſche ſolidum vnum honoverenſis monete annuatim dederit, nobis ſiue noſtris ſucceſſoribus pro cenſu annualj. Ne igitur ſuper iſto in poſterum contingat aliquem dubitare preſentem litteram inde confectam fecimus ſigillo noſtre Ciuitatis prefato hyn, ad cautelam, munirj, Datum anno domini. M. CCC. duodecimo. In feſto paſche.

Das große runde Siegel der Stadt Wunſtorf zeigt ein Stadtthor mit dem Löwen darüber.

Urk. 65.

Der Dechant der Kirche zu Hameln verfügt als delegirter Richter des Papſtes die Bekanntmachung, daß das Stift Wunſtorf durch die vom Erzbiſchofe zu Cöln gegen daſſelbe erkannte Excommunication nicht getroffen werde. 27. März 1314.

Decanus Eccleſie Hamelenſis, Iudex in cauſa appellacionis a ſede apoſtolica delegatus Diſcretis viris . . prepoſitis . . Decanis . . plebanis . . viceplebanis . . et omnibus Eccleſiarum rectoribuſ quibus preſens ſcriptum fuerit exhibitum, ſalutem et mandatis apoſtolicis firmiter obedire, Noueritis quod anno domini M. CCC. XIIII, feria quarta proxima ante feſtum palmarum, cum .. Synodus Epiſcopalis Mynde celebraretur, precedentes in cauſa appellacionis, que vertitur inter . . abbatiſſam, et . . capitulum Eccleſie Wnſtorpenſis ex vna et Ortwinum qui ſe afferit clericum ex parte altera iuxta formam auctoritate apoſtolica nobis traditam partibus ad hoc ad eundem terminum et locum euocatis, cognito etiam diligentius de cauſa et merito appellacionis, habitoque diſcretorum virorum conſilio, pronuntiauimus, et in hiis ſcriptis pronuntiamus, abbatiſſam et perſonas Capituli ſeu collegii predicte Eccleſie Wnſtorpenſis, nullis excommunicacionis ſeu ſuſpenſionis ſententiis, a reuerendo patre et domino archiepiſcopo Colonienſi ſeu eius auctoritate a quocumque latis ſubiacere, ex eo quod ante ſententiam vel ſententias huiusmodi extitit legitime, appellatum, Quare vobis ſingulis et vniuerſis diſtricte precipiendo mandamus ſub pena excommunicacionis, quam monicione trium dierum premiſſa, in vos et quemlibet veſtrum in hiis ſcriptis ferimus, ſi non feceritis quod mandamus, quatenus quicunque veſtrum quandocunque et vbicunque requiſiti fueritis publice in Eccleſiis veſtris denuntietis abbatiſſam et ſuum Capitulum memorate eccleſie Wnſtorpenſis nullis ut dictum eſt excommunicacionis ſiue ſuſpenſionis ſenteciis ſubiacere in cauſa ſuperius memorata, nec debere a quolibet euitari, volumus tamen ut Ortwino qui ad preſens in terminis non eſt, ſaluum ſit experiri de ſuo iure, quandocunque ſibi uiſum fuerit expedire, Reddite litteras ſigillatas. Datum anno, die, vt supra.

Es haben zwei Siegel an der Urkunde gehangen, von welchen nur das erſte erhalten iſt. Daſſelbe ſtellt einen Heiligen dar, unter demſelben eine knieende Figur.

Urk. 66.

Hermann genannt Meyer genehmigt Alles, was von ſeinem Sohne Johann mit dem Stifte Wunſtorf verhandelt worden iſt. 7. December 1318.

Digitized by Google

Venerabilibus in Christo deuotis . . Abbatisse. Prioriſſe Totique Conuentui clauſtri Wnſtorp, Ego Hermannus dictus Meyger proteſtans recognoſco pubblice (*sic*) per preſentes quod quidquid Johannes meus filius apud predictam abbatiſſam et Conuentum placitauerit ſeu fecerit, de meo beniuolo fore beneplacito uel conſenſu, quod, cum proprio careo sigillo, Sigillo oppidanorum in Mvndere prefentibus literis appenſo, habere cupio proteſtatum. Datum in octaua Andree apoſtoli. anno domini M°.CC°.XVIII°,

Das länglich runde Siegel der Stadt Münder zeigt einen aufrecht ſtehenden Löwen.

Urk. 67.

Das Domcapitel zu Minden entſcheidet über das Recht des Stifts Wunſtorf an dem Nachlaſſe der Stiftsleibeigenen. 20. Februar 1320.

Capitulum Eccleſie Mindenſis, Ex parte venerabilis domine . . abbatiſſe Wnſtorpenſis, preſentibus Johanne de Lute et Hermanno dicto olricinch quos cauſa tangebat, Cauſus permodum conſultacionis exſtitit propoſitus coram nobis, quid juris de feruis ſue eccleſie mortuis de iure poſſit conſequi, ad quod deliberacione prehabita reſpondimus et reſpondemus, quod juxta conſuetudinem eccleſie ſue hactenus obſervatam, reliquias feruorum ſuorum defunctorum licite poteſt recipere, Maxime cum huiuſmodi percepcionem in poſſeſſione eccleſie sue habuerit, quia a pluribus feruis ſuis reliquias bujusmodi pluries ſuſtulerit pacifice et quiete, Pars vero aduerſa pro ſe et ſua progenie reſpondebat, quod tota eorum progenies, in antiquis temporibus a libertate recedens, ſeruiles eccleſie Wnſtorpenſis ſe fecerunt, ſub condicione videlicet, quod quandocunque aliquis de progenie moreretur, meliorem veſtem ſuam, eccleſie predicte dare teneretur, et ad alia non eſſent obligatj, ſuper premiſſis taliter reſpondemus, quod ſi predictj de parentela per patentes literas hoc docuerint eis erit perpetue valiturum, si autem abbatiſſa probare poterit exuuias a predictis feruis ſuis ſe recepiſſe, tota parentela exuuias dare tenebitur, quia melior eſt condicio poſſidentis, In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum ad cauſas preſentibus duximus apponendum Datum anno dominj M°.CC°.XX° feria quarta poſt dominicam Inuocauit.

Siegel des Mindener Domcapitels. S. Urk. 61.

Urk. 68.

Biſchof Gottfried zu Minden verpfändet den Gebrüdern Diederich und Brüning von Sudersen eine Jahresrente aus dem Amte zu „Wedenhuſen [1])“ und der Curie „Borſtolde“ bei Wunſtorf [2]). 31. October 1321.

Nos Godefridus dei gratia Mindenſis Eccleſie Epiſcopus Recognoſcimus tenore preſencium puplice proteſtantes, quod thiderico et bruningo fratribus dictis de ſuderſſen et eorum heredibus in officio noſtro Wedenhuſen vnam marcam et in curia que dicitur borſtolde prope Wnſtorppe dimidiam marcam annuatim prefentibus obligamus tali tamen condicione quandocumque nos vel

[1]) „Wedenhuſen“ lag in der Wedenſer Marſch bei Neuſtadt a. R. — Hiernach iſt die Note 1 zur Marienſeer Urk. 35 de 1237 zu berichtigen.

[2]) S. Note 2 zur Urk. 44 de 1292.

Digitized by Google

noſtri ſucceſſores predictis fratribus de fuderſſen quindecim marcas bremenſis argenti perſoluere-mus tunc predicta bona ad nos vel ad noſtros ſucceſſores libere reuertuntur. In cuius rei teſti-monium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum, Datum anno domini M°CC°, XXI°, In vigilia omnium ſanctorum.

Das länglich runde Siegel des Biſchofs Gottfried ſtellt den ſtehenden Biſchof dar.

Urk. 69.

Biſchof Gottfried zu Minden geſtattet dem Convente zu Wunſtorf, von den acht Hufen Landes zu „Ittendorpe [1])“ und „Byhorſt [2])“ zwei Hufen vogteifrei und eine Huſe gegen eine mäßige Abgabe den Brüdern Gentes, dem Ritter, und Heinrich von Holle auf zehn Jahre als Burglehn zu überlaſſen. 20. Januar 1322.

Godfridus dej gracia Myndenſis Epiſcopus. Omnibus preſentes literas viſuris et audituris. Recognoſcimus et preſentibus publice proteſtamur quod in hijs ſcriptis annuimus honorabili do-mine . . abbatiſſe et conuentuj Monaſterij in Wunſtorpe. ut de octo Manſis. quj nobis ſoluunt aduocatiam. duos manſos liberos ab aduocatia et penſione deputent. tercium manſum pro penſione moderata. a feſto beatj Michaelis nunc inſtante per decem annos. Gentes Militj et henrico de holle fratribus pro fallario craftrenci *(sic)*. Nec huiuſmodj aduocaciam ſeu manſos. infra decem pre-dictos, nobis liceat redimere. Completis vero decem annjs. juſtam aduocatiam. ſcilicet quinque ſolidos. et non amplius de quolibet manſo ſumamus, quj manſi ſunt ſitj in Ittendorpe et byhorſt. In cuius teſtimonium. ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Actum et Datum. Anno dominj. M°. CC°. XX°II. Dje Fabianj et ſebaſtianj Martirum.

Siegel des Biſchofs Gottfried. S. Urk. 68.

---

[1]) „Ittendorpe“ ſcheint in den Namen Mittendorpe übergegangen zu ſein, welches bei Wunſtorf lag. In den Urkunden bis 1397 iſt nur von dem Zehnten zu „Ittendorpe,“ in den alten Kloſterregiſtern nur von dem Zehnten im Mittendorfer Felde die Rede.

[2]) S. Note 1 zur Urk. 7.

Urk. 70.

Dechantinn Adelheid, Kellnerinn Sophie und der Convent zu Wunſtorf erſuchen ihre Mitſchweſter, die Edelfrau Adelheid von dem Berge, die nach der Reſignation der Äbtiſſinn Kunigunde von Stromberg [1]) auf ſie gefallene Wahl anzunehmen. 26. Juni 1322.

(Vergl. die Urk. vom 22. Juli und 16. Auguſt 1323.)

Nobili domine Alheydj de Monte ſue concanonice Alheydis Decana, Sophya coleraria . . totusque conuentus eccleſie Wnſtorpenſis noſtras deuotas oraciones ex reſignacione abbacie noſtre facta per venerabilem dominam Conegundim de Stromberge nuper noſtram abbatiſſam vniformiter

---

[1]) Vergl. Urk. de 1325.

Digitized by Google

ac canonice cooperante nobis ſpiritus ſancti gracia vos in eccleſie noſtre abbatiſſam elegimus Rogantes quatinus intuitu dej huiuſmodi honorem digneminj acceptare vobis transmiſſum literas per preſentes Datum ſub ſigillo eccleſie noſtre anno domini M°CCC°XXIII ipſo die beatorum martyrum Johannis et Paulj.

Siegel abgefallen.

Urk. 71.

Biſchof Gottfried zu Minden beauftragt den Domherrn Burchard Poſt zu Minden und den Stiftsherrn Johann Hake zu Wildeshauſen, die nach der Reſignation der Äbtiſſinn Kunigunde von Stromberg [1]) von der Dechantinn Adelheid, der Kellnerinn Sophie, der Schatzmeiſterinn Beatrix und dem Capitel zu Wunſtorf getroffene Wahl ihrer Mitſchweſter, der Edelfrau Adelheid von dem Berge, zur Äbtiſſinn ſtatt ſeiner zu beſtätigen. 22. Juli 1323.

Burchard Poſt, Domherr zu Minden und Johann Hake, Stiftsherr zu Wildeshauſen, thun kund, daß ſie den Auftrag des Biſchofs Gottfried zu Minden, die Edelfrau Adelheid von dem Berge als Äbtiſſinn zu Wunſtorf zu beſtätigen, vollzogen haben. 23. Juli 1323.

(Vergl. Urk. vom 16. Aug. 1323.)

Godefridus dej gratia Epiſcopus Eccleſie Myndenſis, honorabilibus viris, Borgardo Poſt Eiuſdem Eccleſie Canonico, Johanni haken Canonico in Wildeſhuſen ſalutem in domino, Cum dilecte nobis Alheydis decana, Sophia Celleraria, Beatrix Theſauraria, Totumque Capitulum, Sui monaſterij Wuſtorpenſis ad reſignacionem religioſe domine Conegundis de Stromberghe abbacia vacante, In Chriſto, nobis dilectam, Alheydim nobilem ipſarum concanonicam, in ſuam abbatiſſam concorditer et canonice eligerunt, nobis ſuis literis humiliter ſupplicantes ut ipſam electionem canonicam de benignitate ſolita confirmare dignaremur, Nos igitur Juſtis ipſarum ſupplicacionibus annuentes, conſiderato, quod ad debitam precedentem proclamationem nulla penitus ſuccefferit huiusmodi electionis recuſacio ac aliis eius circumſtanciis diligenter circumſpectis, Ipſam electionem omnimode canonicam inventam cum perſonaliter adeſſe non poſſimus veſtre prouidencie committimus, auctoritate noſtra quo ad hoc preſentibus vobis conceſſa ordinaria in nomine domini confirmandam, Datum anno domini M.CCC.XXIII die beate Marie Magdalene.

Et nos Borchardus dictus poſth canonicus eccleſie Myndenſis et Johannes hake canonicus In Wildeſhuſen, Recognoſcimus proteſtando quod mandatum reuerendi in Chriſto patris cui hec preſens littera tranſſigitur nobis directum legaliter ſumus executj ſecundum omnem ſui formam. ipſam alheydim nobilem confirmando receptoque ab ipſa de Indemnitatibus bonorum ſui monaſterij conferuandis ac fidelitate et obediencia domino noſtro epiſcopo obſervanda Juramento. pre-

[1]) Vergl. Urk. de 1325.

Digitized by Google

sentibus honorabilibus viris dominis decano ecclesie Myndensis predicte plebano In Viden et alijs pluribus fide dignis Datum anno, domini M. CCC. XXIII. In crastino beate marie magdalene.

Von den beiden vorhandenen, dem Transfixe gehörenden Siegeln stellt das erste einen aufrechtstehenden Löwen, das zweite Maria mit dem Kinde dar. Die Umschriften können nicht mehr gelesen werden. Das Siegel an der Urkunde des Bischofs ist abgefallen.

Urk. 72.

Bischof Gottfried zu Minden befiehlt dem Probste Burchard Post von St. Martini zu Minden, die neu gewählte Äbtissinn Adelheid zu Wunstorf einzuführen 16. August 1323.

(Vergl. Urk. vom 22. Juli 1323.)

Godefridus dej gratia Myndensis ecclesie episcopus Dilecto sibi borchardo dicto posth prepolito sancti Martini Myndensis salutem In domino, Cum electio de nobis In Christo dilecta alheydi ad abbatissam Wnstorpensem canonice celebrata, legitime proclamacione facta exstiterit confirmata jpsaque. nichilominus a nobis peciuerit se in possessionem corporalem jnducj, considerantes quod nichil reputatur esse factum cum aliquid superest ad agendum, Quare vobis districte precipiendo mandamus, quatenus eandem alheydim nobilem abbatissam Wunstorpensem in possessionem corporalem abbacie Inducatis inductam defendatis, precipientes vniuersis dominabus ac clericis ut eidem tanquam abbatisse obediant sicut decet. Reddatis literam sigillatam in signum execucionis. Datum anno domini M. CC. XXIII. In crastino assumpcionis beate marie virginis gloriose.

Siegel des Bischofs Gottfried. S. Urk. 68.

Urk. 73.

Das Domcapitel zu Minden entscheidet die Streitsache zwischen dem Convente zu Wunstorf und einigen Stiftsleibeigenen über die Berechtigungen des Convents an dem Nachlasse der letzteren. Minden, 20. April 1324.

Die Äbtissinn Jutta zu Wunstorf dotirt die von ihr gestiftete, beim Kloster belegene Kapelle St. Michaelis mit einer Curie und drei Hufen zu Nord-Goltern (im Kirchspiele Groß-Goltern, Amts Wennigsen), einer Hufe zu „Stedere" (beim Flecken Gehrden im Amte Wennigsen), einer Hufe vor Ditterke (im Kirchspiele Gehrden), Northen, Everloh und Benthe (sämmtlich im Kirchspiele Ronnenberg, Amts Wennigsen), dem Zehnten im „Bredinghesvelde", sieben Morgen zu Wunstorf nach Süden, zehn Morgen zu Langreder (im Kirchspiele Kirchdorf, Amts Wennigsen) und „Stedegem" [1]), einer Curie oder Hofstelle bei obiger Kapelle mit einigen Aeckern zu Gehrden, und einer Hufe zu „Rettene" [2]). Sie trifft Bestimmungen über die Besetzung der Kapelle und über die geistlichen Verrichtungen des Kapellans, und verpflichtet letzteren unter anderen, für ihren Vater, den Grafen Johann von Wunstorf, ihre Mutter, die Gräfinn Walburge, ihren Bruder,

[1]) S. Note 1 zur Urk. vom 5. Juni 1301.

[2]) S. Note 1 zur Urk. 9 de 1248.

Digitized by Google

den Grafen Johann von Wunſtorf, und dereinſt für ſie ſelbſt vor dem Altare des heiligen Georg, bei welchem ihre Eltern und ihr Bruder begraben ſind und wo auch ſie begraben zu werden wünſcht, jährlich Memorien halten zu laſſen. Wunſtorf, 24. Juni 1370.

In nomine fancte et individue trinitatis. amen. Ad certitudinem prefencium et memoriam futurorum. Dei gratia Nos Jutta Abbatiſſa fecularis eccleſie in Wuſtorpe deducimus per prefentes. Condicionem humane fragilitatis attendimus, et qualiter omni creature tam ſublimi quam humili tempore et diebus ſuis pretereuntibus ſuo curſu prefentis vite finis. a propria confideracione intenta, penſamus ſic prevenire cupimus bonis operibus, quantum ex alto permittitur nobis et omnium creaturarum creator permittit eternus, diem mortis noſtre ut divina clemencia eterni Judicis apud quem non eſt tranſmutacio nec viciſſitudinis obumbracio, omiſſo rigore diſtricti Judicii ſui dignetur noſtri de ſue gracie plenitudine miſericorditer miſereri. Nos igitur volentes matrem noſtram ſanctam Eccleſiam Wuſtorpenſem quam diligimus mente pura, In qua nos ſumus quodammodo pre ceteris deo devotis licet indigne in dignitate ſublimate more benigne matris filiali amoris ſtudio revereri et votivis honoribus ampliari. Sane. Cum enim ipſa eccleſia Wuſtorpenſis mater noſtra, diverſis, diverſorum ſanctorum Patrum. apoſtolorum, Martirum, confeſſorum, atque virginum ſanctarum, rutilando decoratur Reliquiis. Dignum fore perſpeximus. ut Paradiſi Prepoſitus et Animarum fidelium conſervator et cuſtos ſanctus Michael et alii ſancti Archangeli cum ceteris ſuis ordinibus angelorum ſanctorum agminibus qui in dei miniſterio ipſum facie ad faciem videntes aſſidue aſſiſtunt, atque in divine laudis mageſtate contemplantur in antea et de cetero de talium et tantorum defunt conſorcio ſanctorum, ſed peramplius in Eccleſia noſtra tamquam dominos et Patronos noſtros perpetuis temporibus devotis mentibus dignis quoque laudibus ac congruis honoribus decernimus honorari ac honorifice venerari. Eapropter ineffabilem dei miſericordiam attendentes, animarum noſtrarum ac Progenitorum noſtrorum inſpecta ſalute, In divine laudis obſequium, In laudem et honorem Omnipotentis dei et domini noſtri Jeſu chriſtri ipſiusque matris glorioſe. ac in honorem ſanctorum Michaelis et aliorum Archangelorum et angelorum agminum ac omnium celeſtium virtutum Cappellam juxta Monaſterium noſtrum ſitam, provida cura, in humilitatis et devocionis ſpiritu, Ereximus, conſtruximus, et fundavimus ac per manum domini noſtri Epiſcopi cum Cimiterio ei contiguo quod de Curia noſtra Abbaciali in ampliacionem et augmentacionem ipſius cimiterii recepimus, dedicari et conſecrari fecimus, ut in ea ſuffragia ipſius ſancti Michaelis et aliorum angelorum agminum beatorum implorentur, quorum prefidio et Patrocinio premia eterne felicitatis conſequantur. Quam quidem Cappellam hiis Bonis puta. Curia in Nordgolterne cum tribus manſis cum ſingulis ſuis Juribus et pertinenciis. a progenitorum noſtrorum largicione nobis commiſſis atque in divinum cultus (*sic*) in remedium animarum ſuarum convertendis, Inſuper de bonis propriis a deo nobis datis. videlicet manſum unum in Campis ville Stedere, manſum in campis villarum Ditterke, Northem Everlo et Bennete, Decimam in Bredinghesvelde. Septem Jugera in campis Wuſtorpe ad auſtrum. Decem Jugera in campis Lanchredere et Stedegem. Curiam ſive aream prope ipſam Cappellam quam Rector ipſius pro dote poſſidebit, cum Paucis agris in Gerdene, Manſum unum in Rettene, et hoc poſt mortem Relicte Stuven. cum ceteris in antea inſpirante nobis divina clemencia attribuendis, dotavimus

Digitized by Google

presentibus et dotamus, modo forma et ordine infrascriptis. In primis siquidem statuendo et ordinando decernimus. ut ipsius Cappelle collacio seu provisio ad Abbacialem spectare ut alia Ecclesie nostre beneficia debeat dignitatem quocienscumque enim ipsam vacare contigerit uni ecclesie nostre canonicorum de ipsa debeat provideri. qui tamquam specialis Cappellanus noster et succedencium dominarum Abbatissarum obsequium quo ad divinum officium in dicta Cappella celebrandum prestabit et prestare studeat speciale. et pro speciali cappellano nostro et dominarum Abbatissarum reputari decernimus specialiter et haberi. Ipseque Rector qualibet Septimana quatuor Missas in dicta Cappella per se vel alium celebret aut celebrari procuret ordine subscripto. unam videlicet Dominica die. isto modo. ab adventu domini nostri usque ad festum Pasche. officium dominicale in ordine prout dominice occurrunt. A festo Pasche usque ad dominicam proximam post festum corporis christi. cantatur de Resurrexione. de Ascencione et de Sancto spiritu. prout hec festa et quodlibet ipsorum occurrendo se extendunt. A dicta dominica usque ad adventum domini. de Trinitate per totum. Altarem Missam. Secunda feria. Pro defunctis. Terciam. Tercia feria. de angelis. Quartam. Sabbato de domina nostra. et si festum alicujus sancti aut festivitates premissis diebus intervenire videantur, tunc proxima die subsequente defectum hujusmodi penitus subplere procuret. Oblaciones vero si que ei fuerint in festivitatibus et diebus divisionem Ebdomedario integraliter studeat prefentare ne ei aliqua suspicio inde siniſtra oriatur. In dedicacione templi que est ipso die beati Michaelis Ebdomedarius aut unus canonicorum nomine ipsius missam celebrabit. Terribilis. et sacrificium retinebit ad usus Ebdomedarii Cum autem. ut legitur. sanctum et salubre sit pro defunctis exorare ut a peccatis solvantur et a penis cicius liberentur. Volumus et decernendo ordinamus. quod Rector ipsius Cappelle de premissis bonis in Nordgolterne quatuor talenta honoverensium denariorum dativorum in subscriptis anniversariis et memoriis pro Consolacione facienda in ecclesia nostra cum hiis et habenda annis singulis perpetuis temporibus expedite studeat ministrare. Ipso die beati Ambrosii peragitur memoria domini Jo. Comitis in Wustorpe. dilecti patris nostri. Consolacio XX solidi In Invencione sancti Stephani peragitur memoria domine Walburgis Comitesse in Wustorpe matris nostre dilecte. Consolacio XX solidi. Ipso die Oswaldi peragitur memoria domini Jo. Comitis ibidem fratris nostri dilecti. Consolacio XX solidi In crastino Gorgonii peragitur memoria Henrici sacerdotis. Consolacio XX solidi In quolibet anniversario habita memoria XX solidos ut premittitur ministrabit et distribuat in hunc modum. Dominabus nostris IX solidos Sacerdotibus Ebdomedariis VI solidos Ministris solidum Scolaribus canonicis solidum Campanariis solidum Pauperibus solidum Oblacio altaris VIII. denarios. Lumen nocturnale IIII denarios. de Reliquis Bonis post diem mortis nostre XX solidos honoverensium denariorum in anniversario nostro pro Consolacione nostra similiter perpetuis temporibus juxta modum premissum studeat liberaliter erogare. Quam quidam *(sic)* memoriam omnium nostrorum. Memoria Henrici sacerdotis in hoc excepta. ante Altare beati Georgii sieri volumus ubi corpora eorum sepulta sunt et in pace ecclesie requiescunt. ubi et nos tamquam Electam sepulturam potius sepeliri. ibique carnis Resurrexionem sub spe divine protectionis cum gaudio concorditer expectare. Ceterum quilibet nostrum porcione sua hujusmodi consolacionis gaudere volens ad missam in honorem dei et ob devocionem fidelis populi unum tantum denarium offeret ad altare. Insuper si aliquis in predictorum Memoriis, missis vigiliis, et oracionibus aliis presens non fuerit.

Digitized by Google

nec causa probabilis ipsum excusaverit, aut in negociis ecclesie nostre fuerit, sua carebit et privabitur porcione, quam aliis pauperibus sacerdotibus et fratribus juxta ordinacionem domine Abbatisse decernimus erogari. Preterea vigilias quascunque non solum in illis Anniversariis et memoriis, verum eciam in quibuscunque aliis tocius anni in dicta Cappella ne unus chorus alterum in cantando impediat volumus perpetuis temporibus in aulea decantari. Si infuper prefata bona in Nordgolterne propter statum terre malum aliquo tempore per ignis incendium et rapinas fuerint devastata, juxta dampni recepti qualitatem in premissis consolacionibus ministrandis extunc in aliquo sibi debent indulgendo mitigari quod domine Abbatisse committimus prescialiter decernendum. Et ne quidem per hujusmodi nostram nitigacionem et gracian salus et gaudium ipsarum animarum nostrarum aliqualiter in luctum convertatur penitus et merorem, decernimus ne per hoc premissa Memoria in aliquo derogando subtrahatur, ut heu in pluribus aliis veraciter intelleximus esse factum, quod divine scimus non esse placita voluntati, sed in suo vigore quo ad divinum officium in omni sui forma volumus inviolabiliter peragendo observari. Imploremus igitur ipsum omnium creaturarum creatorem et coeternum sibi dominum nostrum Jhesum christum ut sibi in predicta Cappella et in omnibus et singulis premissis tanquam devota dei famula acceptabile sacrificium offeramus et exinde in perhennis retribucionis premium jubeat ipsum Paradysi prepositum et fidelium animarum conservatorem et custodem Sanctum Michaelem ut ille nos ab omni malo conservet et custodiat, et post mortem tota angelica turba sibi comitante animas nostras in Paradysum exultacionis deducat et post diem extreme salvacionis et districti judicii in Paradysum celestis patrie collocare dignetur, ubi cum ipsis angelis atque sanctis dei et electis exultari sine fine mereamur. quod ipse nobis prestare dignetur qui vivit et regnat in secula. amen. Nos nichilominus Jutta Abbatissa prefata presens Privilegium cum omnibus suis clausulis et articulis in ipso contentis de consensu nostri Capituli autoritate domini nostri Jhesu christi et ipsius matris gloriose ac Sanctorum dominorum nostrorum Cosme et Damiani quorum patrocinio in isto loco fovemur. ac auctoritate nostra abbaciali in nomine domini pronunciamus et pronunciando decernimus et decernendo ordinamus perpetuis temporibus in Ecclesia nostra Wnstorpensi inviolabiliter observari. Contrarium vero facientes aut quis contrarium in aliquo facere attemptaverit indignacionem Omnipotentis dei et dominorum nostrorum Cosme et Damiani et sancti Michaelis ac omnium celestium virtutum se sciat et noverit incursurum. Ipseque Paradysi prepositus animam ipsius a paradyso excludat et angeli projecti per ipsum in paradysum ipsorum deducant sibi fletus continuus sit et perpetuus cruciatus a quo nos mediante adiutorio et auxilio ipsius sancti Michaelis eripi et defendi mereamur. In quorum omnium testimonium presens Privilegium nostrum una cum Sigillo ecclesie nostre et Capituli fecimus sigilli nostri appensione roborari. Ut autem presens privilegium cum singulis suis clausulis et articulis firmum permaneat et illesum futuris et perpetuis temporibus Nos. Capitulum ecclesie Wnstorpensis ex certa sciencia approbamus et ratificamus ipsum cum singulis suis clausulis et articulis in ipso contentis ac ratum et gratum perpetuo habebimus ac eidem domine nostre in hoc consensimus et presentibus consentimus. ac ipsum cum suis clausulis premissis in omni sui forma in dei nomine duximus confirmandum. quod sub sigillo ecclesie nostre huic privilegio appenso duximus protestandum.

Digitized by Google

Actum et datum in Ecclesia nostra prefata, sub anno incarnacionis Dominice M.CCC. Septuagesimo. die XXIIII Mensis Junij que fuit dies beati Johannis Baptiste precursoris domini. Elizabeth Abbatissa. Devotissimi mei attendite. In octava Epiphanie do- Jordanus canonicus. mini circa tercium horam noctis ipsa Ancilla christi Domina Jutta moriebatur. et in crastino die que est dies beati Felicis memoria ipsius poragetur. ut supra premittitur [1])

Siegel der Äbtissinn und des Convents.

[1]) Dieser auf die obige Anordnung der Äbtissinn Jutta: „de Reliquis bonis post illem mortis nostre — in anniversario nostro," zurückweisende Nachweis ihres Todestages nebst der vorstehenden Unterschrift der Äbtissinn Elisabeth stand mit schwarzer Dinte in den, wie es scheint, dafür ursprünglich offen gelassenen Raum des Originals eingetragen.

Urk. 156.

Der Rath der Stadt Wunstorf verpflichtet sich, der Äbtissinn Jutta und dem Stifte zu Wunstorf für die ihm von denselben überlassene Hausstelle außerhalb des Südthores eine jährliche Abgabe von sechs Schillingen zu entrichten. 13. Juli 1370.

We de Rad to Wnstorpe bekennet openbare in dessem breve, de beseghelt is myd user Stad Ingheſegle. Dat de Edele vruwe Ebdesche Jutte unde ore Stichte van Wnstorpe hebbet us ghelaten erflken to besittende unde ewelken by us to blivende ore word buten deme Sud dore der Stadt to Wnstorpe to hederwe, Dar we on weder seon gheven Jarlikes ewelker gulde Ses schillinch gheldes honover. penninghe to allen sunte Michaeles daghe ut useme Radstole, alſo dat se on Jo werden na vreme leue umbeworen. Desse bref is ghegheven na goddes bord druttenhundert Jar in deme seventegheſten Jare to sunte Margareten daghe der hilghen Junchrouwen.

Siegel der Stadt Wunstorf.

Urk. 157.

Konrad von Hedessen resignirt der Äbtissinn Jutta zu Wunstorf zu Gunsten der Gevettern von Landesberg das Amt zu „Hedessen" [1]). 13. Juli 1370.

Der Edelen vruwen myner vruwen Ebedeschen Jutten van Wnstorpe enbede ek Cord van Hedessen mynen willeghen denest, Gnedeghe vruwe van Wnstorpe, ek late unde sende in up dat ammecht to Hedessen. unde de meygerschup de ek dar an ghehat hebbe van iu wente dat ek se mycht Lenk vor heghen unde bewaren en kan, alſo dat in unde juweme stichte dat nutte sy, by dessen naskrevenen iwen juwes stichtes mannen, unde bidde ju gnedeghe vruwe, Dat gy myd dem ammechte unde myd dere meygerschup begnaden Bertolde van Landesberghen, Dyderike synen broder, unde Ghysen orem vedderen unde don on de na wonheyt iuwes stichtes. to alſodanem Rechte alſe ek unde myne elderen dat vore van ju hat hebbet, anders wylle ek desser stucke myd ju unvorredet wesen, Desse vorscrevenen upsendynghe unde uplatinghe gnade wollen unde bevelinghe de gy dessen

[1]) S. Note 1 zur Urk. 7.

vorbenomden van Landesberghen an deſſen ſtucken dot unde to wyllen keret wylle ek ſtede unde vaſt ewelken holden unde unvorbroken. Dat love ek ju unde juweme ſtichte entruwen under mynem Ingheſeghele dat ek wytliken gheſenkt hebbe an deſſen bref, Vortmer we Sander Schele unde Olrek van Monekedorpe twene truwe man des ſtichtes van Wnſtorpe bekennet openbare na des dat we deſſer vorſcrevenen upſendynghe unde uplatinghe deſſes vorbenomden gudes dor bede wyllen Cordes van hedeſſen Rechte Boden hebbet gheweſen to der edelen vruwen uſer vruwen van Wnſtorpe So hebbe we to tughe uſe Ingheſeghele gheſanghen In deſſen ſulven bref De gheſcheven is na godes hort Drutteynhundert Jar In deme ſevengheſten Jare in deme daghe Sunte Margareten der Hylghen Junevrowen.

Das erſte Siegel iſt abgefallen. Das Siegel des Sander Schele zeigt einen aufrechten Löwen. Siegel des Ulrich von Monekedorpe.

Urk. 158.

Die Äbtiſſinn Jutta bereichert den Altar des heiligen Wenzeslaus mit zwei von der verſtorbenen Dechantinn Sophie von Everſtein zu frommen Zwecken vermachten Kloſter-Curien, von denen ſie jedoch die eine gegen andere Güter umtauſcht, und mit einem von derſelben vermachten Speicher am Kirchhofe und verpflichtet den Altariſten, die Memorie der Dechantinn Sophie jährlich feiern zu laſſen. Wunſtorf, 14. Juli 1370.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Jutta dei gracia Abbatiſſa eccleſie ſecularis in Wnſtorpe cupimus fore notum. Quod bone memorie Sophia de Everſtene eccleſie noſtre Decana ſalutem anime ſue provida cura conſiderans ſalubriter et perpendens duas Curias clauſtrales cum uno granario in Cymiterio forenſi quarum una plagam auſtri petit, altera vero aquilonis nobis per modum ultime ſue voluntatis in pios uſus convertendas tradidit et commiſit. quarum unam videlicet ad aquilonem cum dicto granario ac in recompenſam alterius videlicet illius ad auſtrum ſex jugera cum uno agro in campis Wnſtorpe ad auſtrum mediante ordinacione noſtra In divine laudis obſequium et in honorem beati Wenzlai martyris quem congruis honoribus cupimus mente pura venerari apud Altare ipſius de conſenſu capituli noſtri aſſignavimus et preſentibus aſſignamus perpetuo permanſura. Cum enim juxta apoſtolum ſcribentem. Omnes quidem peccamus et egemus gracia dei etc. Decernimus et ſtatuendo ordinamus. quod Rector dicti altaris qui pro tempore fuerit viginti duos ſolidos dativorum honoverenſium de ariorum annis ſingulis in ipſius Sophie Anniverſario qui eſt dies beati Luce ewangeliſte de bonis premiſſis perpetuis temporibus ſtudeat fideliter miniſtrare, cum quibus die eadem Memoria ipſius in miſſis, vigiliis, ceterisque devotis oracionibus, Juxta eccleſie noſtre modum et formam perpetuo peragetur. Qui quidem XXII ſolidi habita huiusmodi memoria inter dominas et canonicos aliosque eccleſie noſtre beneficiatos pro Conſolacione facienda cum hiis nichilominus et habenda, ut ſequitur dividentur. Dominabus noſtris IX ſolidi. Ebdomedariis canonicis VI. ſolidi. Miniſtris ſolidus. Scolaribus canonicis ſolidus. Campanariis ſolidus. Pauperibus II ſolidi. Oblatio altaris VIII denarii. Lumen nocturnale IIII denarii. † Partes abſentium aliis pauperibus facerdotibus et fratribus pro miſſis dicendis et vigiliis juxta domine Abbatiſſe ordinacionem volumus

Digitized by Google

erogari. Ut per hoc anime noſtre et anime omnium fidelium defunctorum in ſuperna beatitudine et eterna claritate conſolari mereantur quod ipſe nobis preſtare dignetur qui ſine fine vivit et regnat. Amen. Nos igitur Jutta Abbatiſſa prefata ac totum Capitulum predicte eccleſie Wnſtorpenſis huiusmodi memoriam et conſolacionem cum ceteris premiſſis volumus et decernimus unanimi conſenſu ac decernendo pronunciamus per nos ac poſteros noſtros inviolabiliter perpetuis temporibus ac firmiter obſervari. Ipſumque privilegium preſens cum ſingulis ſuis articulis premiſſis autoritate domini noſtri Jeſu chriſti ſanctorumque Cosme et Damiani dominorum noſtrorum, et autoritate qua fungimur in hac parte In nomine domini duximus confirmandum. In quorum omnium teſtimonium. et efficaciam preſens noſtrum privilegium fecimus ſigillis noſtris roborari. Actum et datum in eccleſia noſtra prefata Wnſtorpenſi. ſub anno eiusdem domini Millesimo CCC. Septuagesimo die XIIII^a^ menſis Julij.

† Dabit eciam unum ſolidum
Infirmis extra Civitatem.
ad occidentem excluſis.

Jordanus canonicus.

Siegel der Äbtiſſinn und des Convents.

Urk. 159.

Die Äbtiſſinn Jutta und das Capitel zu Wunſtorf beſtätigen die von Seiten der Gebrüder Schele zu Gunſten der Kapelle St. Michaelis gemachte Schenkung der von der Äbtiſſinn den letzteren zu Lehn ertheilten ſogenannten Kyke-Huſe vor Wunſtorf. Wunſtorf, 1. Auguſt 1370.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Jutta dei gracia Abbatiſſa eccleſie Wnſtorpenſis deducimus per preſentes. Quod noſtri fideles Sanderus et Empelde fratres dicti Scelen in honorem dei et domini noſtri Jheſu chriſti nec non ſancti Michaelis et omnium angelorum, Manſum unum in Campis Wnſtorpe, quem a nobis Jure tenuerunt pheodali, qui dicitur in wlgari der kyke hove, Eccleſie noſtre Wnſtorpenſi in remedium ſuarum ac fratrum ſuorum et parentum, animarum, pio affectu donarunt et dederunt perpetuis temporibus pacifice poſſidendum. Affignantes ipſum apud Cappellam ipſius ſancti Michaelis ad uſum Rectoris ejuſdem, perpetuo permanſurum. Ita tamen quod ipſe Rector ipſius Cappelle annis ſingulis in profeſto beati Nicolai epiſcopi ubi anniverſarius omnium ipſorum uno contextu ſimul et ſemel peragi debeat perpetuis temporibus duodecim ſolidos honoverenſium denariorum ſtudeat fideliter miniſtrare memoriam omnium ipſorum in vigiliis miſſis ceterisque devotis Oracionibus Juxta modum et ſtatutum Eccleſie noſtre penitus faciendo. Qui quidem XII ſolidi hujusmodi peracta memoria inter dominas Canonicas et Canonicos ac alios quorum intereſt pro Conſolacione facienda in eccleſia noſtra cum hiis nichilominus et habenda, ut ſequitur, dividentur. Dominabus noſtris ſex ſolidi. Ebdomedariis canonicis tres ſolidi. Miniſtris VI denarii Scolaribus canonicis octo denarii. Campanariis VI denarii. Pauperibus VI. Oblacio altaris VI denarii. Lumen nocturnale IIII^or^ denarii. Partes vero abſencium aliis pauperibus facerdotibus et fratribus pro miſſis dicendis et vigiliis, iuxta domine Abbatiſſe ordinacionem penitus erogetur. Ut per hoc anime ipſorum ac omnium

Digitized by Google

fidelium defunctorum in superna beatitudine eterna caritate consolari mereantur. Juxta illud propheticum. Consolaciones tue letificaverunt animam meam etc. Nos igitur Jutta Abbatissa prefata ac totum Capitulum ecclesie Wnstorpensis huiusmodi donacionem, memoriam et Consolacionem cum ceteris premissis volumus et decernimus unanimi consensu ac decernendo pronunciamus perpetuis temporibus (*in ecclesia*) nostra inviolabiliter observari. Nostrumque presens Privilegium cum singulis suis articulis premissis et specialiter ipsius Manssi donacionem pro . . . . tatis per nos dominam Juttam (*abbatissam*) prefatam ex certa sciencia factam et habitam, in nomine domini nostri Jhesu christi et autoritate sanctorum Cosme et Damiani dominorum nostrorum et autoritate qua fungimur in hac parte presen(*tibus duxi*)mus confirmandum. In quorum omnium testimonium sigilla nostra presenti privilegio nostro duximus apponenda. Actum et datum in ecclesia prefata Wnstorpensi sub anno domini M.CCC. Septuagesimo. Prima die mensis Augusti.

Jordanus canonicus.

Siegel der Äbtissinn und des Convents.

Urk. 160.

Die Äbtissinn Jutta zu Wunstorf bereichert unter Zustimmung des Capitels den Altar des Apostels Paulus mit zwei Höfen zu Oster-Munzel (im Amte Blumenau) und den Altar des heiligen Wenzeslaus mit zwei Höfen zu Algesdorf (im Kirchspiele und Amte Rodenberg), und verpflichtet die beiden Altaristen, jährlich einige Memorien dafür halten zu lassen. Wunstorf, 1. August 1370.

In nomine domini amen. Ad certitudinem presencium et memoriam futurorum. Nos Jutta dei gracia Abbatissa Ecclesie Secularis Wnstorpensis, deducimus per presentes. Ex nostre dignitatis officio caritativo affectu inducimur ut curam materne sollicitudinis circa ecclesiam nostram et ipsius congregacionem quas diligimus mente pura ut tenemur, nobis commissas adhibeamus et profectum ipsarum salubri studio procuramus, cupientes ea que in et circa ipsas ecclesiam et congregacionem reformanda conperimus, reformamus de bono in melius divina nobis cooperante clemencia commutando. Sane, cum Altare predicatoris veritatis et doctoris gencium sancti Pauli Apostoli nec non Altare beati Wenzlai regis et martiris ecclesie nostre in tam modico et exiguo valore invenimus, ac unum quodque in suis assignatis redditibus et proventibus adeo debile et tenue fore veridice intelleximus, quod nullus ecclesie nostre canonicorum de eisdem valeat aliqualiter sustentari. Ea propter in honorem dei ad ampliandum cultus (*sic*) divinum et ob reverenciam ipsorum beati Pauli apostoli et beati Wenzlai, Redditus et proventus dictorum Altarium de consilio et unanimi consensu Capituli nostri provida cura quodammodo duximus augmentandos. videlicet. duos mansos in Ostermunslo ad Altare beati pauli. Et duos mansos in Alkestorpe ad altare beati Wenzlai, cum singulis suis Juribus et pertinenciis locavimus et assignavimus et prefentibus locamus et assignamus perpetuis temporibus permansuros Juxta modum et formam infra scriptos. In primis quidem statuendo decernimus quod Rector altaris ipsius beati Pauli apostoli annis singulis in Anniversario domini Henrici plebani in Nenstede[1]) bone me-

[1]) „Nenstede" lag bei Colenfeld. S. Arch. Loccum Urk. vom 1. u. 10. Aug. 1273.

Digitized by Google

morie ecclesie nostre canonici qui agitur in crastino Concepcionis domine nostre Triginta solidos honoverensium denariorum legalium et dativorum expedite studeat ministrare cum quibus die eadem Memoria ipsius et omnium ecclesie nostre benefactorum in missis et vigiliis ceterisque devotis oracionibus iuxta ecclesie nostre modum et formam perpetuo peragitur. Qui siquidem XXX^ta solidi hujusmodi peracta et habita Memoria inter dominas canonicas et Canonicos et alios quorum interest pro Confolacione facienda cum his et habenda ut sequitur dividentur. Dominabus nostris XV solidi. Sacerdotibus Ebdomedariis VIII solidi. Scolaribus canonicis II solidi. Ministris unum solidum. Campanariis XVIII denarii. Pauperibus XVIII denarii Oblacio altaris VIII denarii. Lumen nocturnale IIII denarii. Preterea decernimus quod Rector altaris beati Wenzlai de prediclis bonis in Alkestorpe annuatim perpetuis temporibus in anniversario fidelium nostrorum Renfonis et Alheydis uxoris ejus ac Rodolphi filii eorum canonici ecclesie nostre qui agitur in Octava beati Andree apostoli, XXIIII^or solidi honoverensium denariorum legalium expedite studeat ministrare memoriam ipforum in missis et vigiliis ceterisque devotis oracionibus ut in ecclesia nostra confuetum est fideliter peragendo. qui quidem XIIII solidi peracta et habita huiusmodi memoria similiter inter Dominas Canonicas et Canonicos ac alios quorum interest pro confolacione facienda cum his nichilominus et habenda ut sequitur dividentur. Dominabus nostris XII solidi. Sacerdotibus ebdomedariis VI solidi. Scolaribus canonicis Solidus. Ministris solidus Campanariis solidus. Pauperibus II solidi. Oblacio Altaris VIII denarii. Lumen nocturnale IIII denarii. Partes vero absencium in quolibet anniversario sive memoria, aliis pauperibus sacerdotibus et fratribus pro missis et vigiliis dicendis, juxta ordinacionem domine Abbatisse penitus erogentur. ut per hoc anime ipforum ac omnium benefactorum ecclesie nostre in superna beatitudine et eterna claritate jugiter confolari mereantur. quod ipse prestare dignetur, qui sine fine vivit et regnat. amen. Insuper si prefata bona propter statum terre malum aliquo tempore per ignis incendium aut rapinas fuerint devastata, juxta dampni recepti qualitatem in premissis Confolacionibus ministrandis, extunc in aliquo ipsis aut ipforum altari debeat indulgendo mitigari. quod Domine Abbatisse et Capitulo nostro de unanimi consensu committimus decernendum. et ne quidem per hujusmodi nostre mitigacionis graciam falus et gaudium ipfarum animarum aliqualiter in luctum convertatur penitus et merorem, decernimus ne per hoc premissa memoria in aliquo derogando subtrahatur, ut heu in pluribus aliis veraciter intelleximus esse factum, quod divine scimus non esse placita voluntati, sed in suo vigore quo ad divinum officium in omni sui forma volumus inviolabiliter peragendo observari. Nos igitur Jutta Abbatissa prefata ac totum Capitulum ecclesie Wnstorpensis jam dicte premissa omnia et singula ac premissorum quodlibet volumus et decernimus unanimi consensu ac decernendo pronunciamus et statuendo ordinamus per nos in Ecclesia nostra Wnstorpensi inviolabiliter ac firmiter in perpetuum observari. Nostrumque presens Privilegium cum singulis suis articulis premissis autoritate domini nostri Thesu christi Sanctorumque Cosme et Damiani martirum dominorum nostrorum ac autoritate nostra Abbaciali qua fungimur in hac parte presentibus duximus confirmandum. In quorum testimonium et efficaciam presens nostrum Privilegium fecimus sigillorum nostrorum appensione muniri Actum et datum in ecclesia nostra prefata. Sub anno ejusdem domini M.CCC. Septuagesimo. die prima Mensis Augusti. Jordanus canonicus.

Siegel der Äbtissinn und des Convents.

Urk. 161.

Die Äbtiſſinn Jutta und das Capitel zu Wunſtorf beſtätigen das Vermächtniß des Canonicus Degenhard, welchem gemäß ſeine bei'm Marktkirchhof gelegene Wohnung mit einer Hausſtelle oder Curie demjenigen Canonicus, welcher keine Wohnung beſitzt, von der Äbtiſſinn zur Wohnung gegeben werden ſoll, dieſer dafür aber verpflichtet wird, eine Memorie für ihn jährlich feiern zu laſſen. Wunſtorf, 1. Auguſt 1370.

In nomine domini Amen. Dei gracia Nos Jutta Abbatiſſa Totumque Capitulum Eccleſie ſecularis Wnſtorpenſis. Ad certitudinem preſencium et memoriam futurorum deducimus per preſentes. Quod in chriſto nobis dilectus Deghenhardus eccleſie noſtre canonicus ſalutem anime ſue provida cura conſiderans ſalubriter et perpendens, quoddam habitaculum ſive domum juxta Cymiterium eccleſie forenſis ad plagam auſtralem ſituatum cum Area ſive Curia eidem contigua, Nobis et eccleſie noſtre in honorem dei et ſanctorum Cosme et Damiani martirum. dominorum noſtrorum Prefate eccleſie noſtre canonicis ad inhabitandum pio affectu de conſenſu noſtro dedit et donavit pleno jure perpetuo poſſidendum modo et forma infraſcriptis. In primis quidem juxta ipſius Deghenhardi ordinacionem ſtatuendo decernimus. quod Domina noſtra Abbatiſſa ipſum habitaculum uni de eccleſie noſtre canonico nullum habitacionis locum habenti et penitus indigenti providendo committat qui per ſe ipſum inhabitare debeat, aliis non locando. et in ſingulis ſuis edificiis intra et extra reparandis et recuperandis tamquam fidelis commiſſarius reſpicere fideliter debeat et huiuſmodi reſpectum opere ſtudeat nichilominus adimplere. Decernimus inſuper ut ipſe Canonicus inhabitans in Anniverſario ipſius Deghenhardi qui eſt dies beati Severi confeſſoris annis ſingulis Duodecim ſolidos honoverenſium denoriorum legalium perpetuis temporibus expedite ſtudeat miniſtrare, cum quibus die eadem memoria ipſius in vigiliis, miſſis ceterisque devotis oracionibus Juxta dicte eccleſie noſtre modum et formam perpetuo peragetur. Qui quidem duodecim ſolidi hujuſmodi peracta et habita memoria inter Nos pro Conſolacione facienda cum hiis. et habenda ut ſequitur dividentur. Dominabus VI ſolidi. Ebdomedariis canonicis tres ſolidi. Miniſtris VI denarii. Scolaribus canonicis VIII denarii. Campanariis VI denarii. Pauperibus VI denarii. Oblacio Altaris VI denarii. Lumen Nocturnale IIII^{or} denarii Partes abſencium aliis pauperibus ſacerdotibus et fratribus pro vigiliis, miſſis dicendis. Juxta ordinacionem domine Abbatiſſe penitus erogetur. Ut per hoc anime ipſius omniumque fidelium defunctorum in ſuperna beatitudine et eterna claritate jugiter conſolari mereantur. quod nobis et ipſis preſtare dignetur, qui ſine fine vixit et regnat. Amen. Preterea decernimus ſi prefatus canonicus in premiſſis aut in premiſſorum quolibet rebellis inveniatur et negligens primo ſecundo terciove commonitus ſi extunc neglienciam ſuam et rebellionem quantocius non correxerit, predicto careat habitaculo, et domina noſtra Abbatiſſa alteri canonico committendo provideat de eodem. Si inſuper predictum habitaculum per ipſius Canonici proprii ignis incendium conſumptum fuerit, quod deus avertat, aliud eque ſimile juxta prioris habitaculi valorem infra biennium proximum ſine aliqua contradictione et excuſacione juris vel facti reedificare et conſtruere procuret bono modo. Si vero idem canonicus propter indigenciam ſue inopie et paupertatis id facere nequiverit, et graciam in huiuſmodi

Digitized by Google

acto devoto animo pecierit, graciam noſtram Juxta illud. Omni petenti dabitur et pulſanti aperietur, ſibi nullatenus denegatur, confideratis prius que circa ydoneitatem et merita ipſius canonici et exigenciam facti fuerint quomodolibet attendenda. Si vero premiſſa facere et adimplere contempſerit, prefata inopia non obſtante trina canonica monicione premiſſa, a fructuum et redditnum perecpcione ſi quos ab eccleſia noſtra habuerint, decernimus per dominam noſtram Abbatiſſam fore ſuſpendendum uſque ad ſatiſfactionem congruam et condignam. Si autem ipſum habitaculum aliena ignis flamma conſumpſerit, domina Abbatiſſa Judicando ſuotum hujusmodi decernat prout equum ſibi videbitur atque juſtum quod ſue duximus conficientie commitendum. Per premiſſa autem et premiſſorum aliquod ſuffragium et ſolacium nolumus animarum aliqualiter ſubrogari. Nos igitur Jutta Abbatiſſa prefata ac totum Capitulum ipſius eccleſie Wnſtorpenſis hujuſmodi conſolacionem et memoriam ac commiſſionis ordinacionem cum omnibus et ſingulis premiſſis volumus et decernimus ac decernendo pronunciamus et ſtatuendo ordinamus in eccleſia noſtra perpetuis temporibus firmiter ac inviolabiliter obſeruari. Noſtrumque preſens Privilegium cum ſingulis ſuis articulis et clauſulis premiſſis autoritate domini noſtri Jheſu chriſti ac ſanctorum Coſme et Damiani martirum dominorum noſtrorum et autoritate qua fungimur in hac parte in nomine domini ex certa ſciencia duximus confirmandum. In quorum omnium teſtimonium preſens Privilegium noſtrum fecimus ſigillorum noſtrorum appenſione muniri. Actum et datum in Eccleſia noſtra prefata Sub anno ejuſdem domini M.CCC. Septuageſimo Prima die menſis Auguſti.

Jordanus canonicus.

Siegel der Äbtiſſinn und des Convents.

Urk. 162.

Die Äbtiſſinn Jutta und das Capitel zu Wunſtorf beſtimmen, daß der Altariſt des Altars des heiligen Wenzeslaus von den Einkünften der Güter zu „Detwerſtorpe“ [1]) jährlich für Konrad von Landesberg und deſſen Frau und Söhne eine Memorie halten laſſen ſoll. Wunſtorf, 13. Auguſt 1370.

(Vergl. Urk. v. 13. Auguſt 1364.)

In nomine domini amen. Dei gratia nos Jutta Abbatiſſa, ac totum Capitulum ſeculare Eccleſie Wnſtorpenſis. Univerſis ad quos preſentes pervenerint cupimus fore notum. Quod Rector Altaris beati Wenzlai eccleſie noſtre annis ſingulis in anniverſario Conradi de Land. militis qui eſt dies beati Germani Epiſcopi de bonis in Detwerſtorpe duodecim ſolidos honoverenſium denariorum perpetuis temporibus expedite miniſtrare procuret, Memoriam ipſius ac filiorum ipſius et uxoris ſue bone memorie, in miſſis in vigiliis ceterisque devotis oracionibus, juxta Eccleſie noſtre modum et ſtatutum penitus peragendo, qui quidem XII ſolidi peracta et habita huiusmodi memoria inter nos et dominos canonicos et alios quorum intereſt pro Conſolacione facienda in Eccleſia noſtra cum hiis nichilominus et habenda, ut ſequitur dividentur. Dominabus noſtris ſex ſolidi. Ebdomedariis canonicis tres ſolidi. Miniſtris VI denarii. Scolaribus canonicis VIII denarii. Campanariis VI denarii

[1]) S. Note 1 zur Urk. vom 10. Auguſt 1276.

Digitized by Google

Pauperibus VI denarii. Oblacio altaris VI denarii. Lumen nocturnale IIII^{or} denarii. Partes absencium aliis pauperibus facerdotibus et fratribus pro miſſis et vigiliis dicendis, juxta domine noſtre ordinacionem penitus erogetur. Preterea decernimus, ſi prefata bona propter ſtatum terre malum per ignis incendium aut rapinas aliquo tempore devaſtantur, et ipſe Rector graciam a nobis in hujusmodi facto devoto animo pecierit, gracia noſtra, juxta illud. Omni petenti dabitur et pulſanti aperietur, ſibi nullatenus denegatur, quod domine noſtre Abbatiſſe committimus factum huiusmodi prout equum ſibi videbitur atque juſtum quoad graciam ſibi faciendam, penitus decernendo, per hoc enim ſuffragium et ſolacium animarum ipſarum nolumus aliqualiter quoad memoriam peragendam ſubrogari. Nos igitur Jutta Abbatiſſa prefata ac totum Capitulum eccleſie Wſtorpenſis predicte Conſolacionem et Memoriam hujusmodi cum ſingulis premiſſis volumus et decernimus ac decernendo ordinamus in eccleſia noſtra perpetuo inviolabiliter obſervari. Preſensque privilegium noſtrum cum ſingulis ſuis articulis premiſſis autoritate domini noſtri Jeſu chriſti ſanctorumque Cosme et Damiani dominorum noſtrorum et autoritate noſtra Abbaciali qua fungimur ex certa ſciencia duximus confirmandum. Sigilla noſtra in evidens teſtimonium apponendo. Actum et datum in eccleſia noſtra prefata. ſub anno ejusdem domini M. CCC. Septuageſimo. Idus Auguſti.

Jordanus canonicus.

Siegel der Äbtiſſinn und des Convents.

Urk. 163.

Die Äbtiſſinn Jutte vermehrt die Güter des Altars St. Pauli mit der vom Canonicus Albert Roſemunt von neuem erbauten nach Oſten belegenen Kloſter-Curie und verpflichtet den Altariſten, dafür die Memorie des Gerhard Glavien, Canonicus zu Wunſtorf, und des Albert Roſemunt jährlich feiern zu laſſen. Wunſtorf, 15. Auguſt 1370.

In nomine domini Amen. Ad certitudinem prefencium et memoriam futurorum. Nos Jutta dei gracia Abbatiſſa ac totum capitulum Eccleſie ſecularis in Wnſtorpe. deducimus per prefentes. Ex noſtre dignitatis officio inducimur, ut curam materne ſollicitudinis circa Eccleſiam noſtram nobis commiſſam adhibeamus, et profectum ipſius ſalubri ſtudio procuramus. volentes ea que in et circa ipſam reformanda ſunt reformamus ac que corrigenda invenimus corrigamus, ipſam de bono in melius quantum nobis divina inſpiraverit clemencia devota mente commutando. Hinc eſt quod Curia noſtra clauſtralis ad orientem ſita, ex noſtra negligencia propter ſui edificii deſtruxionem per aliquod tempus facta inhabitabilis extitit penitus et deſerta, propter quod Conſolacio *(sic)* XXIIII^{or} ſolidorum domini Gerardi glavien bone memorie eccleſie noſtre canonici de eadem Curia miniſtranda obſufcatam intelleximus omnino et extinctam quod divine ſcimus non eſſe placita voluntati. Quapropter curiam ipſam Dilecto nobis Alberto Roſemunt eccleſie noſtre canonico ad reformandam et de novo conſtruendam ad tempora vite ſue duximus committendam, libere et pacifice poſſidendam. Cum enim prefatam Curiam in bono et congruo edificio undique reformatam comperimus, dignum fore credimus, ut peticionibus ipſius Alberti ad nos in hac

Digitized by Google

parte directis tamquam juſtis et racionabilibus non refutando ſed devotis animis admittendo acquieſcamus, ipſam curiam cum pertinenciis ſuis ad Altare doctoris gencium beati Pauli apoſtoli locavimus et aſſignavimus ac preſentibus locamus et aſſignamus perpetuo permanſuram. Sub forma et ordine infra ſcriptis. In primis ſiquidem decernimus ordinacione ipſius Alberti mediante. quod Rector ipſius altaris predictam curiam pro dote poſſidebit, aliis non locando, niſi forte de noſtra licencia fuerit ſpeciali. Et in anniverſario prefati domini G. qui peragitur feria quarta ante Paſcha annis ſingulis duodecim ſolidos honoverenſium denariorum legalium de dicta curia perpetuo miniſtrare procuret premiſſam Conſolacionem. XXIIII^or^ ſolidorum in hoc quodammodo allemando ex cauſis premiſſis et ex certa ſciencia duximus mitigandam, memoriam ipſius Alberti una cum dicto G. in miſſis, vigiliis ceterisque devotis oracionibus juxta modum et formam eccleſie noſtre in ſinul prout devocius fieri poteſt penitus faciendo, Ne per huiuſmodi noſtre mitigacionis graciam ſuffragium et ſolacium ipſarum animarum aliqualiter derogando ſubtrahi videatur, qui quidem XII ſolidi peracta et habita huiuſmodi memoria inter nos et dominos canonicos et alios quorum intereſt pro Conſolacione facienda in eccleſia noſtra ut ſequitur dividentur. Dominabus noſtris VI ſolidi Ebdomedariis canonicis tres ſolidi. Miniſtris VI denarii. Scolaribus canonicis VIII denarii. Campanariis VI denarii. Pauperibus ſex denarii. Oblacio altaris ſex denarii. Lumen nocturnale quatuor denarii. Porcio abſencium aliis pauperibus facerdotibus et fratribus juxta domine noſtre Abbatiſſe ordinacionem pro miſſis et vigiliis dicendis penitus erogetur. ut per hoc anime ipſorum ac omnium fidelium defunctorum in ſuperna beatitudine et eterna claritate conſolari mereantur. Juxta illud propheticum. Conſolaciones tue letificaverunt animam meam etc. Nos igitur Jutta abbatiſſa prefata ac totum. Capitulum eccleſie Wnſtorpenſis iam dicte premiſſa omnia et ſingula ac quodlibet premiſſorum volumus et decernimus et decernendo ordinamus per nos in eccleſia noſtra perpetuis temporibus inviolabiliter obſervari. Noſtrumque preſens privilegium cum ſingulis ſuis articulis et clauſulis premiſſis autoritate domini noſtri Jheſu chriſti, ipſiusque matris glorioſe ac dominorum noſtrorum Cosme et Damiani et autoritate noſtra qua fungimur ex certa ſciencia duximus confirmandum firmum. et illeſum in perpetuum duraturum. In quorum teſtimonium et efficaciam ſigilla noſtra preſenti noſtro privilegio duximus apponenda. Actum et datum in loco noſtro Capitulari eccleſie noſtre Sub anno ejuſdem domini M. CCC. Septuageſimo. XVIII kalendas Septembris.

In primordio ſiue in capite huius priuilegii videlicet. Ex noſtre dignitatis etc. vſque. Hinc eſt. Loquitur in perſonam domine noſtre abbatiſſe et tangitur ibi de eius dignitate et officio. Et nichil agitur ibi de Capitulo quia Capitulum eccleſie noſtre nil iuridictionis in ipſa eccleſia habere videtur, niſi forte Sede vacante. tunc habet regere, ſecundum quod a iure permittitur, et non alias. Quia rectore et gubernatrice caret. ergo etc.

Jordanus Canonicus.

Siegel der Äbtiſſinn und des Convents.

Urk. 164.

Die Gebrüder Wulfard, Heinrich und Hermann von Lohnde errichten eine Sühne mit den Grafen Ludolf und Ludwig von Wunſtorf mit der Äbtiſſinn und

Digitized by Google

dem Stifte zu Wunstorf. Sie verzichten auf alle Ansprüche an die Stiftsgüter und schwören wegen der Gefangenschaft des Wulfard von Lohnde eine Urfehde. Die Gebrüder Diederich und Hermann von Lohe, Knappen, besiegeln mit einigen Anderen die Urkunde. 24. Februar 1371.

We Wulfard vnde Herman brodere gheheten van Lone bekennet vnde betughet openbare in dessem breve vnder vsen Ingheseghelen dat wy vs ghescheden vnde ghesonet hebbet eyne rechte olde sone vnde hebbet de ghelovet mid hande vnde mid Munde den Edelen heren Greven Ludolve vnde Greven Lodewighe van Wunstorpe vnde oren rechten Erven vnde der Ebbedeschen van Wunstorpe vnde orem Stichte darsulves vnde al den ghennen de darmede weren an volke vnde an verden dat Jk Wulfard vore ghenomt ghevangen vnde ghehindert wart aller schelinge der wy mid on hadden Vortmer so hebbe Wy Wulfard Henrik vnde Herman brodere gheheten van Lone mid willen ufghelaten vnde eyne rechte vortlicht ghedan der Ebbedeschen ghudes vnde ores Stichtes to Wunstorpe dat wy anspreken ist wy dar wal wat rechtes to ghehat hedden als wy nicht en hadden. Vortmer welde ok vppe dit vorbenomde ghut Jement klaghen van vser vorbenomden brodere weghene noch van vser Moder weghene so welde wy vnde scholden desse vorbenomden Greven vnde ore rechten Erven vnde de Ebedeschen vnde ore Stichte to Wunstorpe des degher vnde al entledeghen. Vordmer so do wy Wulfard Henrik vnde Herman Brodere vorghenomt dessen vorbenomden Edelen heren Greven Ludolve vnde Greven Lodewighe vnde oren rechten Erven der Ebedeschen to Wunstorpe vnde orem Stichte dar sulves vnde al den ghennen de darmede weren an volke vnde an verden dat vse broder Wulfard ghehindert vnde ghevangen wart eyne rechte olde orvede aldus dane wis dat wy nicht teghen se don en schun eder ore vyende nicht werden en schun. Weret aver dat se vs vor unrechteden vnde wy dat vor volgheden na rechte vnde se vs rechtes weygherden vor oren Mannen So mochte wy vs vnrechter wolt erweren alsó lange went se vs vor oren Mannen to rechte andwerden wolden. Alle desse vorscrevenen deghedinge vnde er Jnwelke besunderen love wy Wulfard, Henrik vnde Herman Brodere gheheten van Lone dessen vorbenomden Edelen Heren Greven Ludolve vnde Greven Lodewighe van Wunstorpe vnde oren rechten Erven der Ebedeschen to Wunstorpe vnde orem Stichte darsulves vnde al den ghennen de darmede weren an volke vnde an verden dat vse broder Wulfard ghehindert vnde ghevangen wart Jn ghuden truwen Stede vnde vast to holdende vnde vnvorbroken ane Jengherleye argheliſt eder nye vunde. Vordmer wy Bertolt van Landesberghe Ghyze Blome Ghert van Neyghenborne. Olrik Monekedorp Dyderik vnde Herman Brodere gheheten van dem Lo knapen bekennet dat wy vse Ingheseghele hangen hebbet in dessem bref to eyner betughinge dát wy dar an vnde over ghewesen hebbet dat al desse vorscrevenen deghedinge to beyden Syden mid ghudem willen ghescheen sin. Datum anno domini M. CCC. LXXI Ipso die Mathie apostoli

Von den neun Siegeln ist das erste, vierte, siebente und achte abgefallen. Das neunte, ein Herzsiegel in weißem Wachse mit dem über vier halbe Säulen schreitenden Löwen, hat die Umschrift: „S. Hermanni de Lo."

Urk. 165.

Eberhard, Dechant der Kirche des heil. Andreas zu Hildesheim, erklärt als subdelegirter Richter auf Klage der Äbtissin Jutta zu Wunstorf den En-

gelbert von Wendenboſtel zu Nienburg in den Bann. Hildesheim, den 29. März 1371.

Everhardus Decanus Eccleſie ſancti Andree Hildenſemenſis Judex. a Reverendo in chriſto patre ac domino Domino Gher. dei et apoſtolice ſedis gracia Hildenſemenſis Eccleſie Epiſcopo Judice et Confervatore unico. ad infraſcripta. Sub forma Ea que de bonis etc. a ſede apoſtolica ſpecialiter deputato Subdelegatus Venerabilibus viris Dominis Abbatibus. prioribus. prepoſitis Decanis Archidyaconis Theſaurariis Cantoribus Scolaſticis Canonicis vicariis altariſtis ebdomadariis Ceterifque Eccleſiarum parochialium Rectoribus ſeu eorum vices gerentibus Tabellionibus et Notariis publicis ac aliis presbyteris et clericis Beneficiatis et non beneficiatis quibuſcunque per Mindenſem Verdenſem Hildenſemenſem Monaſterienſem Osnabrugenſem Civitates et Dyoceſes ac alias ubilibet conſtitutis. qui ſuper executione preſencium requiſiti fuerint aut quis fuerit requiſitus. et ſpecialiter Domino Johanni de Rickelinghe vicepleban Eccleſie Sancti Georgii in Honovere dicte Mindenſis Dyoceſis ac Reymberto Cappellano ibidem. ſalutem in domino et mandatis apoſtolicis firmiter obedire. Noveritis quod nuper Enghelbertum de wendeborſtelde layeum Mindenſis dyoceſis reum. morantem pronunc in Opido Nyenborch in termino ſibi ad reſpondendum quibuſdam poſicionibus et articulis In cauſa que vertitur coram nobis inter Venerandam dominam Dominam Juttam abbatiſſam Eccleſie ſeculatis in Wunſtorpe actricem ex vna. ac Enghelbertum prefatum reum parte ex altera oblatis peremptorie per nos affignato non comparente ac per nos debite et diutiſſime exſpectatum Diſcretoque viro magiſtro Martino de Malchowe clerico Tzwerinenſis dyoceſis procuratore actricis prefate coram nobis protunc in judicio comparente et contumaciam dicti Enghelberti rei non comparentis inſtanter accuſante. ipſumque reum contumacem per nos reputari et in expenſis legitimis condemnari petente iuſticia exigente eundem Enghelbertum reputavimus contumacem. Et ne igitur capciofe ſeu penaliter contra ipſum procedere videremur ipſum decrevimus in quendam alium certum peremptorium terminum competentem denuo fore citandum. dictam ſuam contumaciam ſi quovis modo poſſet coram nobis purgaturus. In quo quidem termino procurator actricis predicte prefatus coram nobis in judicio comparuit et citacionem noſtram debite executam exhibuit pariter et produxit ac contumaciam ejuſdem Enghelberti rei per ſe nec per aliquem alium reſponſalem comparere non curantis inſtanter iterato accuſavit peteus eundem reum per nos contumacem reputari. et in expenſis legitimis condemnari ac propter ſuam manifeſtam contumaciam ipſum ſententiam excommunicacionis incidiſſe. declarari nec non ipſum reum propter hujusmodi contumaciam manifeſtam in ſcriptis excommunicari. Nos vero ſepedictum reum debite ac diutiſſime prout prius exſpectatum et non per ſe aut per aliquem alium reſponſalem comparere curantem inſtante procuratore ſupradicto iterato reputavimus et judicavimus contumacem et in expenſis legitimis ipſum condempnavimus, quarum tamen taxacionem nobis ex cauſis refervavimus et refervamus et eundem Enghelbertum reum non comparentem tamquam manifeſte contumacem declaravimus excommunicacionis ſententiam incurriſſe et ipſum auctoritate apoſtolica excommunicavimus in ſcriptis et in dei nomine excommunicamus per preſentes. Quare vobis et cuilibet veſtrum requiſito In virtute ſancte obediencie et ſub pena excommunicacionis jam late ſententie quam in vos et quemlibet veſtrum trium tamen dierum Canonica monicione premiſſa fertmus in his ſcriptis Si mandatis noſtris ymmo verius apoſtolicis non parueritis cum effectu. diſtricte

Digitized by Google

precipiendo mandamus quatenus vos Domini Johannes de Rickelinghe ac Reymbertus predicti proxima die dominica poſt feſtum Paſche proxime inſtans in Eccleſia nygenborch perſonaliter ac deinceps in Eccleſia ſancti Georgii in Honovere vosque alii qui requiſiti fueritis prefatum Engelbertum de wendeborſtelde reum ſingulis diebus dominicis et feſtivis in Eccleſiis veſtris Capellis et oratoriis inter miſſarum ſollempnia in ſermonibus veſtris aut alias more conſueto fideli populo communiter congregato de ambonibus veſtris excommunicatum publice nuncietis et a chriſti fidelibus arcius evitandum a dicta denunciacione non ceſſantes donec aliud vobis dederimus in mandatis In hiis exequendis alter alterum non reſpiciat vel exſpectet nec alterum pro altero ſe excuſet. Et in ſignum execucionis per vos facte Reddite literam vos qui requiſiti fueritis veſtris ſigillis ſigillatam pena ſub predicta. Datum Hildenſem Anno domini M. CCC. LXXI. in vigilia palmarum noſtro ſigillo ſub appenſo.

Fünf Siegel, des Dechanten Eberhard, des Vicepfarrers Johann von Ricklingen zu Hannover, des Caplans Reimbert und die Siegel zweier andern Geiſtlichen, welche die Excommunication publicirt haben.

Urk. 166.

Die Äbtiſſinn Jutta zu Wunſtorf verfügt mit Einſtimmung des Capitels, daß die biſchöfliche Präbende den beiden älteſten unter den Wochenherren von der Äbtiſſinn verliehen werden ſoll. Wunſtorf, 27. Juli 1371.

In nomine domini amen Wulbrandus de Halremunt dei et Apostolice sedis gracia Episcopus Mindensis, Venerabili in christo Jutte de Oldenborch Abbatisse secularis ecclesie Wunstorpensis nostre Mindensis diocesis necnon vasallis Censuariis Reddituariis Mancipiis et Colonis dicte ecclesie omnibusque aliis et singulis quorum interest uel sua putauerint interesse quosque presens tangit negocium aut tangere poterit quomodolibet in futurum quibuscunque nominibus censeantur Salutem in domino et mandatis nostris firmiter obedire Pridem siquidem pro parte honorabilium Canonicorum et Canonicarum pretacte ecclesie Wunstorpensis nobis expositio sub hac forma videlicet, quod licet tam ex sacrorum disposicione Canonum quam ex antiqua et rationabili atque prescripta obseruancia in supradicta seculari ecclesia Wunstorpensi a tanto tempore de cuius contrario memoria hominum non existit tenta, sigillum supradicte ecclesie seu Capituli Wunstorpensis sub certa clausura in ecclesia ipsa ad hoc deputata reponi consueuerit duabus clauibus cerate siue clausa quarum vnam Abbatissa reliquam vero Celleraria nomine dicti Capituli sub fideli custodia habere consueuerunt ne liceret Abbatisse sine consensu sui Capituli neque Capitulo sine consensu sue Abbatisse qualiacunque priuilegia dicto sigillo Capituli sigillare Nichilominus religiosa domina Jutta Abbatissa dicte secularis ecclesie Wunstorpensis tam contra sanxiones Canonicas quam eiusdem ecclesie antiquam prescriptam atque racionabilem obseruanciam temere veniendo clauem dicte Cellerarie per Capitulum commissam sibi exquesito colore vsurpando, ipsam sibi vnacum claue sua retinuit atque detinet et eandem dicte Cellerarie seu Capitulo reddere renuit eciam super hoc sepius requisita Quodque deterius est quamplures sepedicte ecclesie Wunstorpensis tam litones quam alios utriusque sexus homines occasione perpetue seruitutis ad certa seruicia et obsequia necnon prestaciones exuuiales eidem ecclesie obligatos et obnoxias *(sic)* sine scitu et consensu dicti Capituli manumisit atque ab huiusmodi seruiciis et prestacionibus exuuialibus absoluit perpetueque libertati donauit certa priuilegia ipsis super huiusmodi manumissionibus atque libertatibus sigillo dicti Capituli absque ipsius scitu consensu et voluntate vmmo dictis Cano-

[1]) S. Note 46 zur Urk. 170. [2]) Das. Note 48.

Digitized by Google

nicis aliisque perſonis eiuſdem eccleſie quarum de premiſſis intereſt expreſſe contradicentibus figillando dando et concedendo non modicas quoque pecuniarum ſummas pro eiſdem manumiſſionibus atque feruitiorum ac preſtacionum abſolucionibus ſubleuando ſibique eaſdem contra deum et iuſticiam in non modicum dampnum et iacturam ſepedicte eccleſie atque perſonarum quarum intereſt ut premittitur inburſando Item licet a dictis temporibus et per dicta tempora in eadem eccleſia alia quedam racionabilis laudabiliſque et legitima preſcripta obſeruancia tenta fit et inconcuſſe obſeruata quod Abbatiſſa pro tempore exiſtens nullum prouiſorem et bonorum dicte eccleſie collectorem deputare potuit neque debuit niſi vnum de Canonicis eiuſdem eccleſie et in facerdocio actu conſtitutum qui dictis Abbatiſſe Canonicis et Capitulo iuraret de ſuo officio cum fidelitate atque diligencia excercendo Necnon racionem ſubleuatorum et collectorum debitam faciendo Ipſa tamen Abbatiſſa contra huiusmodi obſeruanciam et conſuetudines laudabiles et preſcriptas temere veniendo quandam extraneam perſonam in prouiſorem Collectorem dictorum fructuum reddituum et prouentuum ipſis Canonicis eciam contradicentibus deputauit qui ipſis debitam racionem de collectis et perceptis redditibus huiusmodi ſuo medio iuramento facere denegauit et denegat Et quamplura alia enormia per que dicte eccleſie Wunſtorpenſis perſone non modicum pregrauantur committere minime formidauit et formidat Super quibus ſibi per nos de oportuno remedio prouideri ac citacionem contra dictam dominam Juttam Abbatiſſam ſuper hiis decerni cum inſtancia poſtularunt Nos vero huiusmodi ſupplicationibus tamquam iuſtis annuentes Attendentes quoque noſtri officij fore eccleſiarum atque eccleſiaſticarum perſonarum noſtre dioceſis indempnitatibus occurrere et alienaciones rerum eccleſiaſticarum contra ſanxiones Canonicas factas in ſtatum priſtinum in quantum nobis a iure permitteretur reformare memoratam dominam Juttam Abbatiſſam ad dicendum et opponendum coram nobis aut noſtro Officiali contra premiſſa quidquid vellet uerbo uel in ſcriptis per certas noſtras litteras peremptorie citari fecimus ad certum terminum congruentem In quo quidem termino honorabiles viri domini Borchardus de Meringhen Hermannus Jegher et Hinricus Nolte Canonici dicte eccleſie Wunſtorpenſis ſui ac aliorum Canonicorum et Canonicarum ſuorum nominibus quorum procuratores ſe fore aſſeruerunt ex parte vna et prefata domina Jutta Abbatiſſa principalis principaliter pro ſe ipſa ex parte altera coram nobis domino Wulbrando Epiſcopo in aula noſtra Epiſcopali Mindenſi mane hora ſexta uel quaſi ad iura reddendum pro tribunali ſedente comparuerunt dictaque citacione contra ipſam dominam Abbatiſſam decreta reprehenſata et de eius execucione ibidem legitime edocto prefata domina Jutta Abbatiſſa pro ſe libellum ſiue peticionem ſummariam ex aduerſo ſibi exhiberi ac ad reſpondendum eidem uel ad dicendum cauſam racionabilem quare ad hoc non teneretur affignari cum inſtancia poſtulauit Ex aduerſo vero memorati domini Borchardus Hermannus et Henricus Canonici ſuorum ac aliorum nominibus quibus ſupra replicando dixer(*unt*) quod propter alienaciones bonorum rerum et mancipiorum dicte eccleſie Wunſtorpenſis que cottidie per ipſam dominam Abbatiſſam fierent prout ipſi hoc probare parati forent et ſe obtulerunt non effet dandus libellus ſed certi articuli quibus probatis poſſet de huiusmodi alienacione legitime conſtare referentes ſe ad interlocutoriam noſtram. Nos vero communicato nobis conſilio et aſſenſu Venerabilium virorum dominorum prepoſiti et decani necnon nonnullorum aliorum Canonicorum dicte noſtre eccleſie Mindenſis nobis aſſedencium aliorumque iuris peritorum conſilio et aſſenſu Interloquendo pronunciauimus propter alienaciones predictas libellum in huiusmodi cauſa non

Digitized by Google

eſſe dandum ſed duntaxat articulos concludentes quatenus illis probatis ad cognicionem et veritatem dictarum alienacionum poſſet citius deueniri et ſtatim ad ponendum et articulandum ponique et articulari videndum in huiusmodi cauſa dictis partibus hinc inde certum peremptorium terminum duximus ſtatuendum Aduenientе itaque huiusmodi termino Venerabiles viri domini Johannes Stuue Scolaſticus ſancti Martini dictorum dominorum Canonicorum et Canonicarum ex parte vna ac dominus Hermannus Reymerdingk decanus eccleſiarum Sancti Johannis Mindenſis dicte domine Jutte Abbatiſſe Wunſtorpenſis procuratores prout de ſuarum procuracionum mandatis ibidem legitime docuerunt ex parte altera coram venerabili viro domino Johanne denen Officiali curie noſtre Mindenſis in ambitu eccleſie Mindenſis mane hora terciarum uel quaſi ad iura reddendum pro tribunali ſedente comparuerunt dictus dominus Johannes Stuue ſatisfaciendo ipſi termino nonnullos poſitiones et articulos concludentes in ſcriptis pro parte ſua obtulit atque dedit quorum tenor vnacum concluſione ſequitur in hec verba Coram vobis Reuerendo in chriſto patre ac domino noſtro domino Wulbrando dei et Apoſtolice ſedis gratia Epiſcopo Mindenſi ſeu veſtro in hac parte Commiſſario Sindicus et procurator et procuratorio atque ſindicatus nominibus venerabilium dominarum Canonicarum necnon honorabilium virorum dominorum Canonicorum et tocius Capituli ſecularis eccleſie Wunſtorpenſis veſtre diocеſis Contra et aduerſus Venerabilem dominam Juttam Abbatiſſam eiuſdem ſecularis eccleſie Wunſtorpenſis ſiue quamcunque perſonam aliam pro ipſa ſeu ipſius nomine in iudicio legitime interuenientem dat facit et exhibet infraſcriptos poſitiones et articulos concludentes ac contenta et deſcripta in eiſdem narratiue et diſpoſitiue tam coniunctim quam diuiſim et de quolibet quibus petit per eandem dominam Abbatiſſam ſingulariter ſingulis medio ſuo iuramento reſponderi Qui ſi negati fuerint per eandem ſe et partem ſuam ad probandum ſe offert et petit admitti non tamen per hoc niſi ad probacionem duntaxat ſe offerens de quo proteſtatur In primis ponit et ſi negatum fuerit probare intendit quod dicta ſecularis Wunſtorpenſis eccleſia a decem viginti triginta quadraginta quinquaginta Sexaginta citra et ultra annis atque a tanto tempore et per tantum tempus de cuius contrario memoria hominum non exiſtit habuit et habere conſueuit prout hodie habet ſecularem Abbatiſſam ut Caput necnon ſeculares Canonicas et Canonicos tamquam membra Capitulum facientes et repreſentantes quodque actus et negocia prefatos Abbatiſſam Canonicas Canonicos et Capitulum communiter concernentes et concernencia per eoſdem Abbatiſſam et Capitulum communiter omnibus et ſingulis quorum intererat conſenſientibus tractari atque terminari conſueuerunt ſicque fuit et eſt ab eiſdem temporibus et per dicta tempora tentum et obſeruatum atque hodie ſaluis infradicendis tenetur et obſeruatur palam publice et notorie Item ponit et probare intendit quod a dictis temporibus et per dicta tempora citra et ultra fuit erat et eſſe conſueuit quedam racionabilis honeſta laudabilis atque iuri conſona obſeruancia et conſuetudo dudum preſcripta atque ſaluis infradicendis inconcuſſe et inviolabiliter tenta et obſervata talis videlicet quod in eadem eccleſia quedam ciſta habebatur duabus ceris ſiue clauſuris clauſa et cerata quodque in eadem ciſta priuilegia eiuſdem eccleſie necnon ſigillum Capituli fuerunt repoſita et repoſitum quodque Abbatiſſa pro tempore exiſtens vnam clauem reliquam vero Celleraria ſeu alia perſona autentica de Capitulo ex commiſſione eiuſdem Capituli in fideli cuſtodia tenere et habere conſueuerunt ac conſueti fuerunt itaque fuit tentum et obſeruatum uſque ad tempus Impedimenti atque eiuſdem obſeruantie leſionis infradicende Item ponit et probare intendit quod omnes et ſinguli contractus

Digitized by Google

necnon omnia et singula priuilegia dictos Abbatissam Canonicas Canonicos et Capitulum communiter concernentes et concernencia sigillo dicti Capituli sigillandos et sigillanda de communi predictorum Abbatisse Canonicarum et Canonicorumque (*sic*) Capituli scitu et Concensu approbari atque sigillari dicti sigilli Capitulo (*sic*) confueuerunt quodque ad sigillandos huiusmodi contractus et priuilegia Abbatissa pro tempore existens vnam clausuram reliquam vero nomine dicti Capituli clauem ad preexpressam cistam in custodia detinens aperuit ac post sigillacionem dictum sigillum ad easdem clausuras reposuere quelibet quoque dictarum parcium predictarum clauem sibi commissam in custodia fideli tenere et habere confueuerat palam publice et notorium Item ponit etc. quod in eadem ecclesia fuit per tempus et tempora supradicta quedam alia honesta laudabilis et rationi consona atque legitime prescripta et usque ad tempus de quo infradicetur consuetudo quod omnia et singula frumenta tam de decimis quam mansis et officijs ad dictam ecclesiam spectantibus prouenciencia ad commune granarium dicte Abbatisse Canonicarum et Canonicorum decanissa uel Celleraria dicte ecclesie presentibus reponi consueuerunt ad officium quoque Cellerarie mensuratio dictorum frumentorum spectare consueuit quodque dictum Granarium duabus clauibus quarum vnam Abbatissa reliquam vero Celleraria habuit claudebatur sicque fuit et est verum publicum et notorium Item quod de premissis omnibus et singulis tam in eodem opido Wunstorpensi quam in locis circumvicinis apud bonos et graues fuit et est publica vox et fama Item ponit et probare intendit quod memorata domina Abbatissa contra et aduersus huiusmodi laudabiles racionabiles atque legitime prescriptas obseruantias et consuetudines temere veniendo easque miserabiliter in decrementum tam dicte ecclesie quam personarum non modicum infringendo cistam cum priuilegijs ecclesie atque sigillo Capituli de loco asportauit clauemque quam vna de personis Capituli habere consueuerat sibi vsurpauit Et quamplures seruos seu seruilis condicionis utriusque sexus homines litones atque asscripticios rusticos et pactuarios ecclesie Wunstorpensis necnon personis (*sic*) eiusdem ad seruicia et certas prestationes obnoxias et obligatas sine scitu et consensu dicti Capituli et personarum earundem vendidit ab ecclesia et Alienauit pecunias pro eisdem subleuatas sibi inburssando suisque priuatis usibus usurpando literas quoque recognicionis et priuilegia manumissionum atque libertatum suo atque dicti Capituli sigillis sigillatas et sigillata eorundem Capituli et personarum quarum de iure interest consensu minime requisito, eisdem seruis litonibus et asscripticiis dando et Concedendo in prepedictorum ecclesie Capituli et personarum quorum de premissis interest, non modicum dampnum et grauamen Item ponit etc. quod non obstantibus premissis obseruancijs et consuetudinibus legitime prescriptis prefata Abbatissa omnia et singula frumenta tam de decimis quam de mansis necnon officijs dicte ecclesie prouenciencia que ex premissis consuetudine et obseruancia ad commune granarium dicte ecclesie reponi et per cellerariam pro tempore existentem tam acceptando quam distribuendo mensurari atque vnacum dicta Abbatissa recludi consueuerant sola et absque Canonicarum et Canonicorum consensu eadem etiam Celleraria minime requisita seu vocata per personas extraneas colligi fecit et facit ratione eciam minime eisdem personis Capitularibus de huiusmodi frumentis facta dicta frumenta colligendo vendendo atque alias ad voluntatem suam de eisdem disposuit et disponit et prout sibi placet distribuit Cuius pretextu persone dicte ecclesie quarum interest non modicum pregrauantur et in distribucionibus sibi debitis grauiter defraudantur Preterea dictus Sindicus et parcium quo supra nomine grauiter conquerendo proponit et probare intendit quod licet de more obseruancia et

Digitized by Google

ſtatuta iurata et confirmata a dictis temporibus et per dicta tempora et uſque ad tempus interruptionis infraſcripte in ſepedicta eccleſia tentum fit et obſeruatum quod abbatiſſa pro tempore exiſtens nullum prouiſorem ſeu officiatum extraneum deputare et ei officium collectionis fructuum redditumm et prouentuum ſepedicte eccleſie et perſonarum eiuſdem committere debeat ſiue poſſit Sed vnus de Canonicis eiuſdem eccleſie actu in ſacerdocio exiſtens in huiusmodi prouiſorem et officiatum ſuum per ſepe mencionatam Abbatiſſam debeat deputari quodque dictus officiatus ſeu prouiſor antequam de collectione quarumcumque fructuum redditum ſeu obuencionum dicte eccleſie et perſonarum ſe intromittat, iuramentum corporale de ſuo officio exudé[3]) quod ſingulis perſonis id quod ſibi de iure obſeruancia debetur velit abſque fraude et dolo fideliter et totaliter miniſtrare dicte Abbatiſſe et Capitulo preſtare teneatur Nichilominus ſepefata domina Abbatiſſa contra et aduerſus obſeruanciam atque ſtatutum iuramento firmatum huiusmodi temere veniendo perſonam extraneam in ſacerdocio non conſtitutam in prouiſorem ſeu collectorem fructuum reddituum et prouentuum Capituli et perſonarum predictarum pro ſuo libitu voluntatis eiuſdem, Canonicis et perſonis inuitis tociens quociens ſibi placet elegit et aſſumit Ipſumque ad placitum ammonet et deponit Quodque aſſumptus per eandem dictis Capitulo et perſonis iuramentum fidelitatis et debitam rationem de ſingulis perceptis iuxta dictam obſeruanciam facere denegat et recuſat ſed de predictis fructibus redditibus et obuentionibus dicte eccleſie et perſonarum contra voluntatem ipſorum ſe intromittit Cuius pretextu ſepe tacte perſone de Capitulo in ſuis redditibus non modicum defraudati exiſtunt et cottidie plus ſolito pregrauantur Item Sindicus et procurator antedictus quo ſupra nomine contra et aduerſus pretactam dominam Abbatiſſam conqueritur proponit et dicit necnon ponit et probare intendit quod licet omnia et ſingula frumenta de decem officiis ad eccleſiam Wunſtorpenſem predictam ſpectantibus videlicet domammecht wedenſen Munſlo Golteren Rederen Eluerſtorpe Siborddinghuſen Ditterke Euerlo et Bente collecta de quibus ipſis Canonicis et Canonicabus frumenta Ebdomedalia miniſtrari conſueuerant ad commune granarium Capituli reponi conſueuerunt atque ex antiqua ordinatione et obſeruancia preſcripta debeant per prouiſorem pro tempore exiſtentem Ipſa tamen abbatiſſa frumenta alibi per eundem prouiſorem duci et reponi facit ſic quod eiſdem Canonicabus et Canonicis huiusmodi frumenta ebdomedalia more ſolito minime miniſtrantur in ipſorum non modicum dampnum et grauamen inſuper ponit dicit atque probare intendit quod prefata domina Abbatiſſa ſine conſenſu Capituli et perſonarum quorum intereſt vendidit et alienauit bona vnde in anniuerſarijs et memorijs defunctorum predictis Canonicis et perſonis conſolaciones et cottidiane diſtribuciones conſueuerant miniſtrari Cuius pretextu huiusmodi anniuerſaria et memorie in eccleſia Wunſtorpenſi ſubducuntur et amminiſtraciones cottidiane non modicum minorantur, Quodque eciam fuerit a dictis temporibus et per dicta tempora de more et obſeruantia preſcripta quod omnes decime ad eccleſiam Wunſtorpenſem pertinentes in choro dominarum Canonicarum et in facie Abbatiſſe et Capituli atque perſonarum quarum intereſt vendidi (*sic*) conſueuerunt et ſufficientes fideiuſſores dari domine Abbatiſſe et Canonicis ac perſonis ſupradictis, ſicut cuilibet poſſet conſtare pro quanta decime huiusmodi fuiſſent vendite, quam bonam rationabilem obſeruanciam et preſcriptam conſuetudinem prefata Abbatiſſa ducere conatur in diſſuetudinem, et de huiusmodi decimarum vendicione ſola cum ſuo

[3]) exudé wahrſcheinlich = exequendo.

Digitized by Google

prouifore diſponit ipſasque vendit et caucionem ſola recipit Cuius pretextu contra ipſam et ſuum prouiſorem perdictos Canonicas Canonicos et perſonas non modicum ſuſpicatur, cum ipſa de frumentis collectis vnicuique diſtribuat quam ſibi placet ad quod probandum ſi opus fuerit Sindicus et procurator atque procuratorio nomine etc. ſe offert de quo proteſtatur Item quod dicta domina Abbatiſſa libros rautuales ſcolaſticos ad ſcolas procurare negligit cum antiquj libri ſint ex vetuſtate corrupti ex quaquidem negligencia hore canonice et diuinum officiumd iminuitur in eccleſia ſupradicta Item quod omnia et ſingula ad fabricam eccleſie donata et legata et ad ipſam pertinentia dicta domina Abbatiſſa ſola colligit ſubleuat et coadiutores aldermannos pro reformacione ſtructure dicte eccleſie habere recuſat cuius pretextu dicta eccleſia in ſuis edificijs miſerabiliter dilabitur et quaſi ruinam imminatur Item ponit etc. eadem domina Abbatiſſa omnes et ſingulos prouentus exuuiales a litonibus eccleſie prouenientes quj in utilitatem eccleſie conuerti conſueuerunt colligit et ſubleuat ſuisque uſibus contra antiquam dicte eccleſie obſeruanciam adaptat et huiusmodi collecta in utilitatem communem eccleſie conuertere denegat et recuſat Cuius eccleſia occaſione dicta cauſe quam eius membra decrementum non modicum paciuntur Item ponit etc. procurator et Sindicus ſepedictus conqueritur ponit et probare intendit quod licet ex ſepe(*dic*)ta laudabili approbata conſuetudine ymmo ex obſeruancia rationabili atque neceſſaria, fuerit et ſit ordinatum quod cuſtodes et Campanarij ſepe narrate eccleſie ad cuſtodienda ipſius eccleſie clenodia necnon propter pulſum horarum matutinarum necnon propter alias cauſas neceſſarias in ipſa eccleſia de nocte dormire conſueuerunt Ipſa tamen huiusmodi utilem et neceſſariam obſeruanciam in diſſuetudinem abire permittit ſicque dicti cuſtodes et Campanarii matutinas de nocte et de mane negligunt et eccleſie atque perſonis ipſius in diuino officio ſeruire contempnunt ex quibus negligencia et contemptu dicta eccleſia in diuino officio non modicum patitur detrimentum Item ponit et probare intendit quod propter premiſſarum laudabilium et legitime preſcriptarum conſuetudinum obſeruanciarum ordinacionum necnon ſtatutorum interruptiones leſiones et violaciones necnon rerum et bonorum fructuumque reddituum et prouentuum atque obuencionum et litonum alienaciones et diſtracciones, dicta ſecularis eccleſia Wunſtorpenſis in ſuis iuribus ſtatutis et conſuetudinibus atque contra premiſſa eiuſdem eccleſie libertatibus non modicum leditur et offenditur diuinusque cultus miſerabiliter diminuitur niſi contra premiſſa eiuſdem eccleſie et perſonis veſtre Reuerende paternitatis celeri remedio atque preſidio occuratur quodque premiſſa omnia et ſingula tam in dicto opido Wunſtorpe quam in toto comitatu Wunſtorpenſi necnon in finibus ducatus luneburgenſis dictum comitatum contingentibus tanta atque talis exiſtit notorietas publica vox et fama quod nulla poſſunt tergiuerſacione celari neque probacione aliqua indigeri Si tamen et in quantum premiſſorum aut alterius illorum fuerit neceſſaria probacio Sindicus et procurator quo ſupra nomine ad probandum ſe offert ad neceſſaria duntaxat ſe offerens et non alias de quo proteſtatur Item ponit etc. quod licet ſupradicti tam Canonice quam Canonici alieque perſone quarum intereſt ſepetactam dominam Abbatiſſam tam coniunctim quam diuiſim ſepius et inſtanter rogauerint et requiſierint quatenus a premiſſis conſuetudinibus *(sic)* et obſeruanciarum interruptionibus violacionibus atque leſionibus necnon rerum ac bonorum dicte eccleſie alienacionibus et diſtraccionibus deſiſteret ipſisque iuxta antiquam laudabilem et preſcriptam obſeruanciam miniſtranda miniſtraret ipſa (*te*)men neſeitur quo ſpiritu ducta deſiſtere a premiſſis hactenus non curauit neque curat ſed quod deterius eſt fructus redditus et prouentus

Digitized by Google

dictarum perſonarum et prebendas earundem adeo facit exiles atque modicas quod dicte perſone de eiſdem minime valent pro victualibus ſuſtentari Cuius pretextu pluribus annis ex defectu perſonarum hore canonice in eadem eccleſia ſunt pretermiſſe atque hodie pretermittuntur que omnia et ſingula eadem Abbatiſſa minime curat neque aduertit ſepius monita et ut premittitur requiſita Petit ergo vos Reuerendum patrem et dominum Wulbrandum Epiſcopum Mindenſem Sindicus et procurator antedictus quo ſupra nomine tanquam loci Ordinarium veſtrum benignum Officium ſuper premiſſis inſtigando atque inplorando quatenus cum vobis de premiſſis quantum de iure ſufficere debet conſtiterit diffinitiue pronuncietis determinatis et declaretis premiſſa dicte Abbatiſſe minime licuiſſe neque licere ſtatutorumque conſuetudinum et obſeruanciarum predictarum et predictorum interruptiones leſiones et violaciones litonumque necnon aliarum rerum atque bonorum eccleſie predicte alienaciones et diſtraciones fuiſſe et eſſe temerarias illicitas et iniuſtas Ipſasque per vos veſtro eciam officio in ſtatum priſtinum reuocandas fore ſepe dicte quoque Jutte Abbatiſſe ne talia in detrimentum dictarum eccleſie et perſonarum eiuſdem vergencia de cetero attemptare preſumat cenſura eccleſiaſtica qua conuenit compellenda Sibique ſuper ulteriorum ſtatutorum conſuetudinum et obſeruanciarum interrupcionibus leſionibus et violacionibus litonum vendicionibus rerum ac bonorum alienacionibus et diſtractionibus perpetuum ſilencium imponendum fore atque per vos eciam ex officio veſtro imponi iure debere ac alias in de et ſuper premiſſis ſepedicte eccleſie et perſonis ſibi petit fieri iuſticie complementum Et proteſtatur quod premiſſa poſſ(*u*)nt emendare corrigere et ſpecificare etc. Atque alias proteſtatur ut eſt moris et ſolitum Quibuſquidem poſicionibus et articulis ſic ut preferibitur oblatis prefatus dominus Johannes officialis inſtanti dicto domino Johanne Stuuen procuratore ad reſpondendum dictis poſicionibus in quantum poſiciones et ad dicendum contra eaſdem in quantum articuli exiſterent prefato domino hermanno procuratori ex aduerſo ibidem preſenti et audienti copiam eorundem poſicionum et articulorum ſibi fieri intrim decernendo Et nihilominus litem conteſtandum conteſtarique ex aduerſo videndum necnon iurandum iurarique videndum de calumpnia vitanda et viritate dicenda in hac cauſa cum ſuis capitulis in calumpnie iuramento contentis certum percuptorium terminum partibus preſentibus Et intelligentibus hincinde duxit ſtatuendum Quo quidem termino adueniente prefatus dominus hermannus Reymerdingk decanus ex parte vna et dominus Johannes Stuue procuratores antedicti procuratorijs nominibus quibus ſupra ex parte altera coram dicto domino Officiali pro tribunali ſedente in iudicio comparentibus dictus dominus hermannus procurator nonnullas excepciones contra dictos poſiciones et articulos negando narrata in eis vera eſſe ac petita in eis fieri debere in ſcriptis obtulit atque dedit petens eas per ipſum dominum officialem admitti Super quo idem dominus officialis ipſi domino Hermanno procuratori ad deliberandum certum terminum duxit ſtatuendum Adueniente itaque huiusmodi termino prefatis dominis ſcilicet Johanni Stuuen ex parte vna et Hermanno Reymerdingk procuratoribus antedictis procuratorijs nominibus quibus ſupra coram dicto domino officiali hora veſperorum uel quaſi in cimiterio eccleſie ſancti Martini Mindenſis ad iura reddendum pro tribunali ſedente in iudicio comparentibus idem dominus Hermannus procurator ante omnia nunnulla mandata videlicet inhibicionis ac arreſtacionis bonorum fructuum eccleſie Wunſtorpenſis antedicte ad inſtantiam dictorum Canonicorum et Canonicarum per memoratum dominum Epiſcopum Mindenſem emiſſa atque penas in eis fulminatas per dictum dominum officialem caſſari et reuocari

Digitized by Google

cum inſtancia poſtulauit prefertim cum in preiudicium litis pendencie et dicte domine abbatiſſe forent emiſſa et fulminata Ex aduerſo vero dominus Johannes Stuue procurator antedictus replicando dixit dictas inhibicionis et arreſtacionis litteras non eſſe caſſandas neque retractandas Ex eo et pro eo quod de conſuetudine preſcripta in dicta Wnſtorpenſi eccleſia hactenus inconcuſſe obſeruata omnia et ſingula frumenta tam de decimis quam de manſis et officijs ad dictam dominam Abbatiſſam necnon Canonicas et Canonicos communiter ſpectancia ad commune granarium ipſarum Abbatiſſe Canonicarum et Canonicorum decaniſſa uel Celleraria ipſius eccleſie preſentibus deportari et reponi conſueuerunt et ad officium earum huiuſmodi frumenta menſurari et amminiſtrari ſingulis perſonis ſecundum rata ipſorum deberent Ideoque dicta domina Abbatiſſa de dictis frumentis ſe ſola intromittere et de eis diſponere de iure non poſſet prefertim cum huius cauſe queſtio ſuper hoc verteretur Tandem poſt nonnullas altercaciones inter dictas partes ſuper hiis habitas prefatus dominus Hermannus Reymerdingk procurator dicte domine Abbatiſſe vnacum diſcreto viro Magiſtro ludolfo Bok in preſenti cauſa ſollicitatore ibidem ex certa ſua ſciencia et ſpontanea voluntate ut dixerunt confeſſi erunt et concordarunt in hunc videlicet modum quod omnia et ſingula frumenta tam de decimis quam manſis necnon officijs ad dictas dominas Abbatiſſam Canonicas et Canonicos communiter ſpectantia per decimarios manſionarios et Redditurarios ad dictum commune granarium dictarum dominarum Abbatiſſe Canonicarum et Canonicorum decetero preſentari ac prefente decaniſſa uel celleraria menſurari dictisque partibus ipſa ſecundum quod eis competeret diſtribuj deberent In quoſ quidem confeſſum et concordiam prefatus dominus Johannes Stuue procurator confeſſiit ac prefatus dominus officialis eoſdem concenſum et concordiam laudauit ratificauit et approbauit dictisque partibus hincinde inſtantibus et petentibus Super eiſdem ſuas litteras ſi neceſſe foret decreuit et conceſſit Quibus ſic peractis idem dominus Officialis inſtante dicto domino Hermanno procuratore ac de confeſſu domini Johannis Stuuen dictas inhibicionis et arreſtacionis litteras vnacum penis et cenſuris contentis in eiſdem caſſauit et retractauit Poſt que prefatus dominus Officialis de et ſuper dictis excepcionibus dictis partibus hincinde inſtantibus et petentibus interloquendo pronunciauit et decreuit eiſdem exceptionibus tamquam friuolis non obſtantibus litem de et ſuper dictis poſicionibus et articulis ſuiſſe et eſſe conteſtandam ac conteſtari debere Unde poſt nonnullos actus Judiciales ſuper hoc inter dictas partes hincinde habitos tandem eedem partes videlicet dominus Johannes Stuue procurator dixit quod narrata prout narrantur in poſicionibus et articulis ſuis antedictis vera eſſe et petita in eis prout petuntur fieri debere animo litem conteſtandi Et ex aduerſo prefatus dominus Hermannus procurator e contrario dixit narrata in dictis poſicionibus et articulis dicte partis aduerſe faluis confeſſu et concordia antedictis vera non eſſe ac petita in eis minime fieri debere animo eciam litem conteſtandi Qua lite ſic conteſtata prefatus dominus officialis dictis procuratoribus hincinde ad preſtandum Calumpnie iuramentum de et ſuper dictis poſicionibus et articulis ac tota cauſa preſenti admiſit Qui quidem domini Johannes Stuue et Hermannus Reymerdingk procuratores antedicti ſic admiſſi ad mandatum ipſius domini officialis et in eius manibus ſacrofanctis tactis ſcripturis ad ſancta dei ewangelia de calumpnia vitanda et veritate dicenda tam ſuper oblatis poſicionibus et articulis antedictis quam tota cauſa preſenti cum omnibus et ſingulis capitulis in calumpnie iuramento contentis hincinde preſtiterunt iuramentum deinde prefatus dominus officialis inſtante dicto domino Johanne Stuuen procuratore prelibatum dominum Hermannum procuratorem

Digitized by Google

ex aduerſo ad Reſpondendum ſingulariter ſingulis poſicionibus antedictis primo ſimpliciter deinde ſecundo ſub pena excommunicacionis, tercio vero ad idem uel ad dicendum cauſam racionabilem quare propter hoc excommunicari non deberet necnon quarto ex ſuperhabundanti ad omnem ſui maliciam conuincendam ad idem uel ad dicendum et allegandum cauſam rationabilem quare dicte poſiciones et articuli pro confeſſis haberi non deberet per prefentis cauſe notarium citari fecit ad certos terminos competentes ſub debitis temporum interuallis Jn quibuſ quidem terminis prefatus dominus Johannes Stuue procurator procuratorio quo ſupra nomine coram memorato domino officiali in iudicio comparens dicte partis aduerſe citate et non comparentis nec ipſi termino ſatisfacere curantis contumaciam accuſauit Petens ipſam quo ad actum huiuſmodi contumacem reputari Sed in ultimo dictorum terminorum termino comparentibus coram prelibato domino officiali dictis dominis Johanne Stuuen ex parte vna et Hermanno Reymerdingk procuratoribus antedictis quibus ſupra nominibus ex parte altera prefatus dominus Johannes Stuue procurator petijt inſtanter per ipſum dominum officialem dictum dominum Hermannum procuratorem ex aduerſo ibidem prefentem compelli ad reſpondendum ſingulariter ſingulis poſitionibus ſuis antedictis Qui quidem dominus officialis ipſum dominum Hermannum procuratorem ibidem prefentem ſuper dictis poſitionibus interrogauit et iuſſit quatenus ipſis ſingulariter ſingulis ſuo medio iuramento reſponderet alioquin ipſas habere vellet pro confeſſatis Qui quidem dominus Hermannus Reymerdingk procurator ſic interrogatus et juſſus dictis poſicionibus ſingulariter ſingulis ſuo medio iuramento reſpondere recuſauit ac de iudicio contumaciter receſſit Quapropter idem dictus officialis dictas poſiciones in contumaciam ipſius hermanni procuratoris contumaciter de iudicio recedentis habuit et habere voluit pro confeſſatis quibus ſic peractis dictus dominus officialis ad inſtanciam dicti domini Johannis Stuuen procuratoris prefati dominum hermannum procuratorem ex aduerſo ad producendum et produci videndum in huiuſmodi cauſa omnia et ſingula acta actitata literas priuilegia inſtrumenta iura et munimenta quibus dicte partes uti et ſe iuuare vellent in hac cauſa per prefentis cauſe notarium peremptorie citari fecit ad certum terminum congruentem eundem terminum ipſi domino Johanni Stuuen procuratori ad idem aſſignando Quo quidem termino adueniente comparente coram prefato domino Officiali in iudicio ad iura reddendum pro tribunali ſedente prefato domino Johanne Stuuen procuratore procuratorio nomine quo ſupra ac dicte partis aduerſe citate et non comparentis nec ipſi termino ſatisfacere curantis contumaciam accuſante ipſamque per dictum dominum officialem contumacem reputari petente idem dominus Johannes Stuue procurator ſatisfaciendo ipſi termino pro parte ſua poſiciones et articulos ſuos antedictos vnacum confeſſionibus dicte partis aduerſe exinde ſecutis hic repecijt ac pro iuribus ſuis de nouo produxit necnon nonnulla iura ſcripturas literas priuilegia inſtrumenta et munimenta pro parte ſua uerbo produxit promittens dare in ſcriptis loco et tempore oportunis, et tunc memoratus dominus officialis dictam partem aduerſam citatam et non comparentem reputauit quo ad actum predictum exigente iuſticia contumacem et in eius contumaciam inſtante dicto domino Johanne Stuuen procuratore dictum dominum Hermannum Reymerdingk procuratorem ex aduerſo ad dicendum et opponendum contra dicta producta quidquid vellet uerbo aut in ſcriptis per prefentis cauſe notarium citari mandauit et fecit ad certum peremptorium terminum competentem Quo quidem termino adueniente prefatus dominus Johannes Stuue procurator quo ſupra nomine coram dicto domino officiali ad iura reddendum pro tribunali ſedente in iudicio comparens,

Digitized by Google

dicti domini hermanni procuratoris ex aduerso citati et non comparentis nec contra dicta sua producta aliquid dicentis contumaciam accusauit ipsumque contumacem quo ad actum huiusmodi per ipsum dominum officialem pecijt reputari Qui quidem dominus officialis dictum dominum Hermannum procuratorem ex aduerso citatum et non comparentem licet diucius exspectatum reputauit quo ad actum predictum exigente iusticia contumacem et in eius contumaciam instante dicto domino Johanne Stuuen procuratore ad concludendum et concludi videndum in huiusmodi causa memoratum dominum Hermannum procuratorem ex aduerso per dictum prefentis cause notarium peremptorie citari mandauit et fecit ad certum terminum congruentem eundem terminum ipsi domino Johanni Stuuen procuratori ad idem affignando Adueniente itaque huiusmodi termino prelibato domino Johanne Stuuen coram prefato domino Johanne officiali in iudicio comparente dicte partis aduerse citate et non comparentis contumaciam accusante ipsamque contumacem reputari et in eius contumaciam per dictum dominum officialem in huiusmodi causa secum concludi petente et quantum in eo fuit concludente memoratus dominus officialis dictam partem aduersam citatam et non comparentem licet diucius exspectatam reputauit quo ad actum predictum exigente iusticia contumacem et in eius contumaciam una cum predicto domino Johanni procuratore in huiusmodi causa concludente ac secum concludi petente conclusit et habuit pro conclusso Reseruata sibi potestate ipsam conclusionem reuocandi si sibi uideretur expediri Subsequenter vero ad prefati domini Johannis Stuuen procuratoris instantiam prelibatum dominum hermannum Reymerdingk procuratorem ex aduerso ad videndum et audiendum per nos Wulbrandum Episcopum antedictum in huiusmodi causa nostram ferri diffinitiuam sententiam per dictum prefentis cause notarium peremptorie citari fecit ad diem et horam videlicet inferius annotatos eosdem diem et horam ipsi domino Johanni Stuuen prefenti et petenti ad idem pro termino peremptorio statuendo Adueniente itaque huiusmodi die et hora memoratus dominus Johannes Stuue coram nobis Wulbrando Episcopo in ambitu dicte ecclesie nostre Mindensis mane hora sexta uel quasi ad iura reddendum pro tribunali sedente in iudicio comparens dicti domini Hermanni Reymerdingk procuratoris ex aduerso citati et non comparentis nec huiusmodi termino satisfacere curantis contumaciam accusauit ipsumque contumacem quo ad hoc reputari et in eius contumaciam nostram diffinitiuam in hac causa pro se et contra dictam partem sibi aduersam iuxta et secundum tenorem conclusionis dictorum poticionum et articulorum suorum ferri sententiam cum instancia postulauit Nos uero Wulbrandus Episcopus antodictus dictum dominum Hermannum decanum procuratorem ex aduerso citatum et non comparentem licet diucius usque ad horam debitam exspectatum reputauimus prout erat exigente iusticia contumacem et in eius contumaciam cuius absencia dei presencia repleatur Visis per nos primitus et (*d*)iligenter inspectis omnibus et singulis actis actitatis literis scripturis aliisque iuribus et munimentis per dictas partes in causa huiusmodi tam coram nobis quam prefato domino Johanne Officiali nostro habitis exhibitis et productis ipsisque cum diligencia recensitis factaque de hiis omnibus et singulis iurisperitis nobis affedentibus relacione plenaria ac fideli necnon intra nos vna cum eis super premissis matura deliberacione prehabita de ipsorum iurisperitorum consilio et assensu per ea que vidimus et cognouimus et que nunc eciam cognoscimus et videmus ad nostram diffinitiuam sententiam in hac causa proferendam duximus procedendum eamque tulimus ac prefentibus ferimus in hunc quj sequitur modum Christi nomine inuocato solum deum pre oculis habentes pro tri-

Digitized by Google

bunali fedendo Nos Wulbrandus dei et apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Mindenſis Viſis et conſideratis in huiusmodi cauſa deductis et alijs que nos in hac parte de iure et equitate mouere poterant et debebant de probatum et iurisperitorum ſuper hoc communicato conſilio, pronunciamus decernimus et declaramus venerabilis domine Jutte Abbatiſſe ſecularis ecclefie Wunſtorpenſis ſtatutorum conſuetudinum et obſeruanciarum ecclefie predicte memorate Interruptiones leſiones et violaciones litonumque necnon aliarum rerum atque bonorum ecclefie predicte alienaciones et diſtraccionibus fuiſſe et eſſe temerarias illicitas et iniuſtas omnia et ſingula perperam iniuſte et de facto per ipſam Abbatiſſam attemptata ſibi minime licuiſſe nec licere ſet ea in ſtatum priſtinum revocauda fore et reuocamus ipſam ad hoc compellandam fore et compellamus ſibique ſuper ulteriorum ſtatutorum conſuetudinum et obſeruanciarum dicte ecclefie Wunſtorpenſis interruptionibus leſionibus et violacionibus litonum vendicionibus rerum et bonorum alienacionibus et diſtraccionibus perpetuum ſilencium imponendum fore et imponimus Ipſamque parti actrici in expenſis legitimis condempnandam fore et condempnamus quarum taxacionem nobis in poſterum reſeruamus Lecta lata et in ſcriptis promulgata fuit hec noſtra diffinitiua ſententia per nos Wulbrandum Epiſcopum antedictum Minde in dicto ambitu ſub Anno Natiuitatis domini Milleſimo quadringenteſimo decimo ſeptimo Indictione decima die decima quinta menſis Januarij ſede Apoſtolica paſtore carente Prefentibus diſcretis viris dominis Bernardo lippoldi Gherardo de Bucken et Nicolao Bodonis in dicta ecclefia Mindenſi vicariis ac Tyderico yſuoghel et Borchardo Maſt clericis Mindenſibus notariis publicis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis Poſtremo venerabilis vir dominus Johannes de Ouerenkerken nunc officialis curie Mindenſis ad inſtanciam memorati domini Johannis Stuuen procuratoris dominum Hermannum Reymerdingk procuratorem ex aduerſo predictum ad videndum et audiendum per ipſum dominum Johannem officialem taxari expenſas prelibatas pro parte dictorum Canonicorum et Canonicarum principalium in hac cauſa factas uel ad dicendum et allegandum cauſam racionabilem ſi quam haberet quare taxari non deberent per prefentis cauſe Notarium peremptorie citari mandauit et fecit ad diem et horam infraſcriptas quas eciam eidem domino Johanni procuratori prefenti et petenti ad actum confimilem duxit affignandas Quibuſ quidem die et hora aduenientibus comparuit in iudicio coram prefato domino officiali dominus Johannes Stuue procurator predictus nomine procuratorio quo ſupra et dicte partis aduerſe citate et non comparentis contumaciam accuſauit quam per ipſum dominum officialem contumacem reputari et in eius contumaciam prefatas expenſas per eundem dominum officialem taxari cum inſtancia poſtulauit Quapropter prefatus dominus Johannes officialis dictam partem aduerſam non comparentem nec huiuſmodi termino fatiſſacientem licet debite expectatum reputans prout erat merito contumacem et in eius contumaciam viſis primitus ac diligenter attentis et conſideratis omnibus et ſingulis que memorati Canonici et Canonice principales in fallario tam aduocatorum et procuratorum quam notariorum et curſoribus ac alias neceſſario expendere habuerunt et expenderunt pro prefenti cauſa expedienda prefatas expenſas ad viginti quatuor florenos boni auri et iuſti ponderis de Reno prefatis dominis Canonicis et Canonicabus principalibus uel eorum legitimo procuratori per dictam dominam Juttam Abbatiſſam principalem ex aduerſo exſoluendas prouida moderacione prenia taxauit recepto tamen primitus iuramento per ipſum dominum officialem a parte dictorum Canonicorum et Canonicarum ad mandatum ipſius et in ſuis manibus preſtito videlicet quod ea que ipſi Canonici et Canonice neceſſario expenderint et ex-

Digitized by Google

pendere habuerint pro prefenti cauſa expedienda ad viginti quatuor florenos boni auri et iuſti ponderis de Reno ſummam ſe extenderent antedictam taxate vero fuerunt expenſe predicte per dictum dominum Johannem officialem decima nona die menſis februarii Sub anno et Indictione predictis prefentibus diſcretis viris dominis Theoderico herkingk et Johanne howdaran in dicta eccleſia Mindenſi vicariis ac Andrea Bodendorp clerico Mindenſi teſtibus vocatis et rogatis ſpecialiter ad premiſſa Subſequenter vero Nos Wulbrandus Epiſcopus antedictus pro parte dictorum dominorum Canonicorum et Canonicarum ſuper executione dicte noſtre diffinitiue ſententie ac expenſarum exinde factarum cum inſtancia debita requiſiti huiuſmodi requiſicioni tanquam iuſte annuentes vobis domine Jutte Abbatiſſe ecclefie Wunſtorpenſis predicte necnon vaſſallis Cenſuariis Reddituariis Mancipiis et Colonis ipſius ecclefie omnibusque aliis et ſingulis quorum intereſt uel ſua putauerint intereſſe communiter uel diuiſim quoſque preſens tangit negocium aut tangere poterit quomodolibet in futurum quibuſcunque nominibus cenſeantur dictam noſtram diffinitiuam ſententiam vnacum expenſarum in dicta cauſa pro parte dictorum dominorum Canonicorum et Canonicarum factarum condempnacionem et hunc noſtrum proceſſum ac omnia et ſingula in eis contenta intimamus infinuamus et notificamus ac ad veſtram et cuiuſlibet veſtrum noticiam deducimus ac deduci volumus per preſentes vosque dominam Juttam Abbatiſſam primo ſecundo tercio et peremptorie requirimus et monemus vobis nichilominus in uirtute ſancte obedientie et ſub penis infraſcriptis mandantes quatenus infra ſex dierum ſpacium poſt notificacionem preſencium vobis factam immediate ſequentium quorum dierum duos pro primo duos pro ſecundo et reliquos duos dies pro tercio et peremptorio termino ac monicione Canonica aſſignamus Clauem ad ciſtam ubi priuilegia et ſigillum Capituli dicte eccleſie Wunſtorpenſis in fideli cuſtodia reſeruantur dicte domine Cellerarie ſeu altere (*sic*) perſone autentice de Capitulo reſtituatis Item omnia et ſingula frumenta tam de decimis quam de manſis de officiis ad vos dominam Abbatiſſam necnon Canonicas et Canonicos communiter ſpectantia ad commune granarium dictorum Abbatiſſe Canonicorum et Canonicarum decani (*sic*) decaniſſa uel Celleraria dicte eccleſie preſentibus deportari et reponi de cetero faciatis et permittatis per Celleriam menſurari et huiuſmodi frumenta perſonis quibus deberent amminiſtrari Item ſeruos et ancillas litones mancipia et pactuarios aliasque perſonas ad ſeruicia et preſtaciones dicte eccleſie Wunſtorpenſi obnoxias et obligatas quos ſine fcitu et conſenſu dicti Capituli et perſonarum earundem manumiſiſtis vendidiſtis et alienaſtis ad ipſam eccleſiam reuocetis et reuocari procuretis Recogniciones priuilegia manumiſſiones atque libertates dicti Capituli ſine fcitu et conſenſu ipſius ſigillo ſigillatas et ſigillata retractetis caſſetis et annulletis Item quod vos domina Jutta Abbatiſſa prouiforem ſeu Officiatum de gremio dictorum Canonicorum exiſtentem et in ſacerdocio conſtitutum in prouiforem ſeu officiatum veſtrum ad col lectionem fructuum reddituum ſeu obuentionum dictarum perſonarum qui corporale iuramentum quod ſingulis perſonis id quod ſibi de iure debetur abſque fraude et dolo fideliter et totaliter velit miniſtrare preſtet deputetis et prouiforem ſeu officiatum per vos in contrarium deputatum ammoueatis Item quod vos domina Jutta Abbatiſſa omnia et ſingula bona de quibus memoria defunctorum in anniuerſario eorum peragi ac conſolaciones et Cottidiane diſtribuciones perſonis dicte eccleſie Wunſtorpenſis miniſtrari conſueuerunt per vos alienata recuperetis et ad priſtinum ſtatum reducatis Item quod vos domina Jutta Abbatiſſa omnia et ſingula frumenta tam de decimis manſis ac officijs necnon decem officiis videlicet domammecht Wedenſen Munſlo Golteren

Digitized by Google

Rederen Elmerſtorpe Siberdinghuſen Ditterke Emerlo et Bente de quibus dictis dominis Canonicis et Canonicabus per vos dominam Juttam nondum ſatisfactum exiſtit reſpondeatis et facias ab alijs integre reſponderi ipſosque dominos Canonicos et Canonicas permittatis prebendarum ac iurium et pertinenciarum eorundem pacifica et plena poſſeſſione gaudere amotis exinde quibuſlibet alijs illicitis detentoribus vosque domina Jutta Abbatiſſa de viginti quatuor florenis boni auri et Juſti ponderis de Reno In quibus dictis dominis Canonicis et Capitulo nomine expenſarum ſententialiter condemnata eſtis ipſis dominis Canonicis et Capitulo infra triginta dies poſt preſentacionem ſeu notificacionem vobis factam immediate ſequentes quorum decem pro primo decem pro ſecundo reliquos decem dies pro tercio et peremptorio termino ac monicione Canonica aſſignamus plenam ſatisfaccionem impendere procuretis monemus inſuper modo et forma premiſſis omnes et ſingulos vaſallos Centuarios reddituarios mancipia et Colonos dicte eccleſie Wunſtorpenſis cuiuſcunque ſtatus gradus uel condicionis exiſtant Ne preſate domine Jutte Abbatiſſe aut prouiſori ſuo eius nomine quominus dictis Canonicis et Canonicabus de omnibus iuribus et pertinenciis ſuis modo et forma premiſſis necnon viginti quatuor florenis racione expenſarum ſatisfaciat cum effectu ſeu quominus omnia et ſingula ſupradicta ſuum debitum ſorciantur effectum inpedimentum aliquod preſtent per ſe uel alium ſeu alios publice uel occulte directe uel indirecte quouiſ queſito colore nec inpedientibus dent auxilium conſilium uel fauorem Alioquin in vos dominam Juttam Abbatiſſam et alios omnes et ſingulos qui culpabiles fueritis aut fuerint in premiſſis ſeu aliquo premiſſorum ſex dierum Canonica monicione premiſſa ſingulariter in ſingulis exnunc prout extunc excommunicacionis ſententiam in hiis ſcriptis ferimus et eciam promulgamus Ceterum venerabilibus et diſcretis viris dominis Abbatibus prioribus prepoſitis decanis Archidiaconis Theſaurariis Scolaſticis Cantoribus et Canonicis tam cathedralium quam collegiatarum necnon parrochialium eccleſiarum Rectoribus et eorum locatenentibus preſbiterisque curatis et non curatis ac clericis et notariis publicis per ciuitatem et diocceſem Mindenſem conſtitutis et cuilibet eorum in ſolidum in uirtute ſancte obediencie et ſub excommunicacionis pena quam in eos et quemlibet eorum trium tamen dierum Canonica monicione premiſſa in hiis ſcriptis ferimus ſi non fecerint aut alter eorum fecerit quod mandamus diſtricte precipiendo mandantes quatenus ad dictam dominam Juttam Abbatiſſam et perſonas alias atque loca de quibus expedierit pro premiſſis fideliter publicandis et exequendis perſonaliter accedant ac ſupradictas videlicet diffinitiue noſtre ſentencie vnacum expenſarum condempnacionis literas et hunc noſtrum proceſſum ac omnia et ſingula in eis contenta legant intiment et notificent ac legi et publicari procurent dictamque dominam Juttam et perſonas alias premiſſas modo et forma premiſſis moneant et generaliter omnia et ſingula ſibi in hac parte commiſſa fideliter exequantur iuxta traditam ſiue directam a nobis formam In quorum omnium teſtimonium et fidem pleniorem dictam noſtram diffinitiuam ſententiam ac proceſſum huiuſmodi per Nicolaum ſabri Notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi et publicari mandauimus ac ſigilli noſtri fecimus appenſione muniri Datum et actum anno Indictione Menſe die hora et loco quibus ſupra

Et ego Nicolaus ſabri clericus Mindenſis Publicus Imperiali auctoritate Notarius Quia omnibus et ſingulis ſupra nominatis et prefertim terminorum obſeruacionibus exepcionum produccionibus Necnon Sentencie prolacioni-

Digitized by Google

hus aliisque premissis et singulis dum sic ut premittitur fierent et ageren-tur vnacum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audiui Ideoque prefentem publicum proceſſum seu prefens Inſtrumentum per alium me arduis aliis prepedito negociis fideliter scriptum exinde confeci subscripsi publicauique et in hanc publicam formam redegi quam signo et nomine solitis et consuetis scilicet vnacum Reuerendi in christo patris et domini domini Wulbrandi Epiſcopi Mindenſis predicti sigilli appenſione signaui rogatus et requiſitus in fidem et testimonium premiſſorum

Das runde Siegel des Bischofs Wulbrand zu Minden an einer Schnur von rother und grüner Seide in rothem Wachse zeigt auf dem Schilde zwei gekreuzte Schlüssel, auf deren Mitte sich ein kleiner Schild mit drei Rosen befindet.

Urk. 232.

Johann, Dechant von St. Martini zu Minden, investirt den von den Gevetern von Halle zum Altaristen der Vicarie in der Kirche zu Kirchbrak (im Kreisamte Eschershausen) präsentirten Geistlichen Ludolf Bok. 2. März 1417.

